a Tunc corpus et anima: ad differentiam amoris nostri qui non vivificat contra eos qui differunt spiritum sanctum solum purgare mentem: et non vivificare. b Quod in una spiratione contra errorem grecorum: quem tamen dicuntur renocasse.

c et vivificantem. Qui ex patre filioque per

a Quia patri et filio coequalis et consubstantialis: contra eos qui dixerunt spiritum sanctum esse nuncium et famulum patris et filii ut macedonius et donatiste dicentes eum esse minorem patrem et filio.

cedit. Qui cum patre et filio simul ado-

a Tunc illud. ii. Petri. i. Spiritus sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines: contra pristinistas et montanos qui dixerunt prophetas non per spiritum sanctum: sed quasi amentes et ebrios locutos fuisse: quod etiam falsum patet ex mirabili eorum concordia diversis temporibus et eodem prophetantium.

ratur et conglorificatur. Qui locutus est

a Cant. vi. Una est columba mea. scilicet unitate fidei: spei et charitatis: extra quam non est salus: ut pater in arca noe. b Quod differentiam ecclesie malignantium. Ps. Odiui electam malignantium. c Vnde iherusalem. Primo ratione loci habens tres partes mundum uniuersum: celum: purgatorium. Secundum ratione hostium: quod nullus abierit nec

seruus nec liber: grecus aut iudeus. Tertio ratione temporis: quod semper durabit.

## Nonus articul<sup>o</sup> per prophetas. Et unam sanctam catho-

a Quid est firmamentum apostolorum fundatum: et supra firmam petram fundamentum primarii quod est christus. i. Cor. iii. b Eph. iii. Unus deus. unus fides. unus baptisma. Licet enim sint plures exterius baptizantes: unus non solus interior baptizat. scilicet christus. Ioh. i. Hic baptizat et contra donatistas rebaptizantes.

## Decim<sup>o</sup> articul<sup>o</sup> licam et apostolicam ecclesiam Confite-

a Tunc oīm originalium et actualium etiam quo ad penitentia ut baptizatus statim enolaret quod per baptismum comunicatur virtus capituli nostri christi qui debet petram: et hic comprehenduntur cetera sacramenta: quod baptismus est ianua omnium aliorum.

or unum baptismum in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mor-

a Propter quod amicorum mortem patienter fero. i. Thessal. iiii. Mori propter iusticiam non timeo. Bona sollicitus operor: et a malis retrahor: quod procedent quod bona fecerunt in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt in resu. rectione iudicij. Job. v. contra ers

undecimus art. ratorum. Et expecto resurrectionem mor-

# Mis̄se

orem philosophorū dicentū idem numero nō reverti. et seduceorū et aliorū hereticorū quorundā. a **P**l. in terra viuentū eternam: cōtra eos qui putabant animas cū cor- poribus mori: vel non recipere in futuro fīm opera sua: habet autem vita eterna in se tria. Primum est: quia homo ibi perfecte deo coniungitur qui est finis desideriorum et laborum nostrorū merces et premiū nostrū ultimum: **H**ēn. xv.

**tuorum. Et vitam futuri seculi. Amen.** **Duodeci-**  
**mus arti.**

**E**go merces tua nimis. Consistit autē hec vniō. Primo in nuda et ap- ta visione dei. **I** Cor. xiiij. Tidemus nunc per speculū in enigmate: tūc autē facie ad faciē. Secundo in feruētissima dilectione. Quāto em̄ pfecti us aliqđ bonū cognoscit: tārō amplius amat. T̄ ibi pfecte cognoscit summū bonū: q̄ summe amat. Tertio in plena laudatione. **P**̄s. H̄tī q̄ habitat in domo tua dñe: in secula seculorū laudabunt te. Unde b̄tūs **Aug.** ibi vacabimus et videbimus: videbimus et amabim⁹: amabim⁹ et laudabim⁹. Ecce qđ erit in fine fine fine. Secundū est pfecta satietas. Nullū em̄ bonū creatū satiare pōt anime appetitū: sed solū bonū increa- tum: summū: p̄tinēs oīa bona creata supēminenter: fīm illud be. **Augu-**  
**stini.** Insatiabile et inquietū est cor meū donec q̄escat in te dñe. **Et ps.** Qui replet in bonis desideriū tuū. Quicqd est desiderabile: ibi est sup- abundāter. Si em̄ desideras delectationes: ibi erit summa delectatio de summo bono p̄ oēs sensus: q̄ tūc erūt in actu suo. **P**̄s. Delectatiōes in dexterā eius vñq̄ in finē. Et iterum. Torēte voluptatis tue potabis eos: **Job.** xxij. Tunc sup omnipotentē delitiae affluent. Si appetis hono- res: ibi erit summ⁹ honor: inter laicos maximus honor est esse regē: in- ter clericos episcopum: et quilibet hōz erit ibi: **Apoc.** v. Fecistinos deo nostro regnum et sacerdotes: et regnabimus sup terra. i. viuentū. **Et i.** **Job.** iij. Eamus quoniā cū apparuerit: similes ei erimus. Si deside- ras sc̄ietias: ibi erit cognitio omnīu rerum naturarū: et totius veritatis. At breuerter quicqd volueris: totū habebis. Nā fīm b̄tū **Aug.** hoc est de ratione beatitudinis. Tertiū est pfectissima securitas de oībus p̄di- ctis semp̄ perfruēdis absq̄ vlo defectu: et q̄ nulla aduersitas eis vñq̄ nocere poterit: aut molestie quicq̄ inferre. **P**̄s. Quoniā confortauit se ras portarū. At **Apoc.** xxj. Absterget de oīm lachrymā ab oculis eoz: et mors nō erit vltra neḡ luctus neḡ clamor tē.

<b>Credo</b>	<b>Dominicis omnibus.</b>	<b>Festivitatib⁹ ange-</b>
<b>vicitur</b>	<b>Festivitatib⁹ oīm ap̄lorū et euāgelistarū.</b>	<b>lorum: Crucis:</b>
<b>Fmoz.</b>	<b>Nativitate domini</b>	<b>Festo oīm sanctorū</b>
	<b>Epyphania domini</b>	<b>Dib⁹ cōsacratiōib⁹</b>
	<b>Lōuerſione sancti pauli</b>	<b>ecclesiāz et altariū.</b>
	<b>Dībus festivitatib⁹ brē h̄gl̄nis marie</b>	<b>Festivitatib⁹ quat-</b>
	<b>Lena domini</b>	<b>tuor doctorum. Et</b>
	<b>Resurrectione: ascēsione</b>	<b>per oīmes octauas</b>
	<b>eorum si que habent octauas.</b> Unde in octaua sancti Johannis bapti- ſe vicit <b>Credo</b> : eo q̄ infra octauam apostolorum Petri et Pauli venit.	<b>B ij</b>

# Expositio

Similiter in octaua sc̄ti laurētū: qz infra octauā beate virginis occurrit. Sic r̄ in ordine nostro p̄ octauā sancti Augustini. Et in sc̄ti Johannis decollatione. In die Felicis r̄ ad auerſi: eo qz infra octauā sc̄ti Augustini veniūt. In alijs aut̄ festis sanctor̄: v̄r martyriū / cōfessor̄ v̄rginū nō dicit Credo. Cuius ratio est fm̄ Innocentiū: qz solum predictor̄ r̄ nō illoꝝ fit cōmemoratio in symbolo: quo undā tamē obscure: vt epyphanie: qd̄ est festū baptismatis ibi: Cōfiteor vñ baptismū. Cene dñi: qd̄ est solētās eucharistie: ad quā respicit illud: Dancorū cōmunionē. Angelor̄: q noī celi intelligunt̄ ibi: Facto rē celi r̄ terre. Sed quatuor doctores gaudent h̄uilegio apostolor̄: eo q fidē apostolicā declarauerunt: r̄ corruptā ab hereticis restaurauerunt: p̄cipue vt patet ex eorum scriptis. Et tantū de p̄ma parte litteraliter r̄ allegorice.

## Tropolo gice

tropologice introitus significat introitū christi in mente per gratiā tūc intime r̄ ex toto corde desiderādus. Qd̄ cum factū fuit: vertit r̄ mutat ar quis in virum alterū: ideo sequit̄ versus: qui in nota altiori cōmuniter reperit introitus: per quod docemur: vt introcuntes corde desideremus gratiā subsequentē: sine qua gratia p̄ueniens nihil p̄dasset. Non em̄ qui ceperit: sed qui p̄seuerauerit v̄sc̄ in finem/bic saluus erit. Un̄ r̄ misericordiā eius petimus per kyrieleyson nonies: qua indigemus vt. s. r̄ vt laus nostra cōsociet laudi angelor̄ per nouē chozor̄ eorum. Sed q̄ vult cū angelis in futuro dñi laudare: oportet in plenitū cū ipsis incipiat: nō querens que sua sunt: sed que iesu christi r̄ que alioꝝ: ideo sequit̄: Gloria in excelsis deo. Et in terra pax. Eleuatio manuum docet extensiōnē operū: fm̄ illud Thren. iij. Eleuemus corda cū manibus. Que humeros nō debent excedere: q̄ fieri debet nō impotabilē r̄ indiscrete: sic tamē debent extendi vt evidenter possint a retro stantibus videri: quia sacerdotibus r̄ platis p̄cipue dicit: Sic luceat lux vestra corā hoib⁹ ut videant opera vestra bona: r̄ glorifcent patrem vestrum qui in celis est: 2 Matth. v. Vel significat q̄ christo semp̄ cōficius debet esse in cruce cū aplo Paulo. Finito hymno angelico oscular̄ altare: qd̄ r̄ semp̄ facere tenet quotiens se ad ppl̄m verterit: ad ostendēdā deuotionē suā ad christū ne indeuotior videar̄ illa peccatrice: q̄ postq̄ intravit ad conuiutū domini: nō cessauit osculari pedes eius: Iuc. vii. Un̄ cogirare debet tunc sacerdos inclinās se cum omni deuotione q̄si osculet̄ dulcissimos pedes iesu in cōuiuio residentis: ne sibi dicat tanq̄ phariseo: Intravi in domū tuam r̄ osculū non dedisti mibi. Deinde dicit: Dñs vobiscū. Obi ex toto corde debet desiderare r̄ orare q̄tenus p̄ meriti sue incarnationis sit cum pplo. Et ecōtrario pplo respōdes: Et cū spiritu tuo. s. sit dñs p̄ meriti sue incarnationis: vt ipm̄ instruat/reagat r̄ accendant: sic q̄ in spiritu r̄ veritate pro nobis oībus orare valeas. Oremus dicit: vt se r̄ ppl̄m ad orandum simul exciter. Collecta dicit hec vel illa fm̄ petenda. Un̄ tunc oēs collecte debet esse ad intra in deuotioꝝ r̄ charitate diuina: r̄ sic petere necessaria. Sequit̄ epistola significat supra missam instructionē r̄ testificationē p̄ quā intellecta r̄ bene

# Misse

pensata in sua sententia, probare et cognoscere possumus an Christus venerit in  
mentem nostram per gratiam, probabiliter: aut quod seruari possit: ne recedat a nobis.  
**A**t debet legi distincte et aperte ad intelligendum: Neemie. viii. At deo  
note ad fructificandum. Hiere. ii. Factus est sermo dei in corde meo quasi  
ignis estuans. Unus ibi lecta et audita debet memoriter retinere diligenter  
quoniam est possibile: et operari ope adimpleri: ideo sequitur Graduale: si-  
gnificas gradus virtutum per quas cum Ioseph virgine maria et pueru Iesu  
debet gradi via presentis vite: ad destruendum idola egyptiorum in vita acte-  
ua. **N**on cum factum fuerit vertit labor in gaudium et gradiens in virtus alte-  
rum: quod significat versus in altiori nota. **H**ed alleluia incipiens ab a  
et terminans in a: significat gaudium celeste ineffabile et incomparabile ha-  
bens principium et carent sine: per quod ammonef tam sacerdos quam populus: ut  
tunc omnia terrena et tristitia ab affectu postponatur: et ad eterna gaudia ex-  
toto corde festinat saltem per contemplationem in vita contemplativa: ut tandem  
assequal per apertam visionem et fruitionem in patria. Versus significat omnia  
vetera tunc verti in nova: fide illud Apoca. xx. Ecce noua facio omnia. **T**eo-  
poribus autem lucrui deputatis loco alleluia canitur tractus in nota gravis;  
quod tantum est podium iniquitatis nostre et circumstant nos peccatum in corpo-  
re corruptibile: ut grauiter trahamur ad bonum. Unus multe note communiter  
ponuntur sub una dictione: ad innundandum quod inexplicabile esse nostram  
misericordiam quam per peccatum incurrimus. **E**t manus esse desiderium liberatiois  
ab eadem miseria quam facile explicari possit. Anteque legatur euangelium sacer-  
dos vel diaconus homo orare debet et intra medium altaris: **D**uca cor meum  
et labia mea tecum, put in ordine romana. quod non est speciosa laus in ore pec-  
catoris. **A**t sine oratione nec teneri potest medium virtutis. Deinde accipit be-  
nedictionem: in signum quod nullus predicare debet propria auctoritate. **Rom. x.**  
**Q**uod fidicabunt nisi mittantur. Tertio dicit: Dominus vobiscum: desiderans et  
orans ex toto corde tecum, ut supra patuit. **D**omini signum secundum et post euangelium  
ut sine diabolica illusione possint ipsum devote audire: et sine obliuione  
fortiter impsum rerinere. Unus et contra aquilonem legis quam facio dicatur ille  
lud. Lant. iii. Surge aquilo et veni auster: id est recede diabolo et veni  
spiritus sancte. Et illud Isa. Dicam aquiloni noli prohibere. Significat  
autem euangeli bonum nuncium ab eo quod est bonum: et angelum quod est nuncium:  
quod per ipsum nunciat nobis maximum bonum quo profecte instruimur et co-  
lamur in agendis: cauendis: cauedis et desiderandis. **A**t quod fide hoc age  
re debemus: ita ut ipsum in corde bono et profecto retinetes fructum feram in  
patiencia: quod facit fides formata: ideo sequitur Credo. Corde enim creditur  
ad iusticiam: ore autem confessio sit ad salutem: **Roma. x.** Unus tunc deuotissime  
orandum a populo et a sacerdote ex corde desiderandum quoniam in fide euangeli-  
ca confirmemur: quia sine fide impossibile est placere deo. **Heb. xi.**  
**T**hequis secunda pars principalis totius incipit ab offerto: et durans  
usque ad prefationem in qua fit consecratio oblationis. Et subdividitur in tres  
particularias. In prima namque permittit offerentem cum laude exultatio in canticis  
offerendo. **iij.** In secunda fit oblationis cum orationibus: **S**uscipe sancte pater tecum.

B ij

# Expositio

In tertia petit oblatiōis acceptatio in secretis. Et quia hec exigit eleua-  
tionē mentis ad deū: ideo p̄mititur: Dñs vobiscū. Et postea orate frēs  
**Allegoria** Quantū igit̄ ad hec oīa magis in specie suo ordine cū allegoria. Pri-  
mo osculato altari in medio rōne q̄ supra: dicit se ad ppl'm dicēs orado:  
Dñs vobiscū. s. sit p̄ meritū sue oblatiōis deo p̄t p̄ nobis ut possitis p̄r-  
mo vols̄pos; deinde tantū sacrificiū corpis & sanguis xp̄i meū digne &  
fructuose offerre: & oblato sacrificio incorpari. Rūdet chorus vel mini-  
ster in sp̄ona ppl': Et cū sp̄u tuo. s. sit dñs mō p̄dīcto. Debet em̄ tūc to-  
tus in sp̄u apparere: q̄r rep̄sentat apparitionē dñi iesu in die palmarū:  
q̄n vertebat facie suā ut iret in bierlm̄ offerre seip̄m p̄ nobis: vbi cogita-  
re poteris: quō iesus vidēs ciuitatē fleuit sup illā: ita ut intumesceret fa-  
cies ei⁹: & p̄ multitudine singultū pec-  
toris sui nō posset ad plenum  
x̄ba formare. Prop̄ qđ imp̄fecte dicit: Quia si cognouisses & tu. Con-  
sequēter excitat se & ppl'm ad orandū simul & deuote dicens: Dremus,  
Prosequit̄ offertoriū qđ cāta: q̄r significat oblationē laudis quā exhibi-  
tuerū xp̄o venītē: & sp̄ote atq̄ bilariter nō minus q̄ flebiliter se offerē-  
ti: recipiētes eū cū hymnis & cantricis: florib⁹ & ramis palmarū; p̄litratis  
vestimentis in via atq̄ dicētes: Osanna filio dauid: b̄ndictus q̄ venit in  
noīe dñi. Et hoc forte etiā rep̄sentat p̄cessio subdiaconi cū calice solēni-  
ter p̄parato: & accolito portatē ampullā aque de sacrario in festis dupli-  
eib⁹: vel rep̄sentat Johānē baptistā vī supius patuit: q̄ p̄parauit vīa do-  
mino ad offerendū seip̄m: tandem p̄ nobis & fert oblationē vīsq; ad medi-  
um altaris: vbi aperit q̄ ip̄e Jhesus terminauit oblationē veteris testa-  
mēti: in qua velaminib⁹ figurarū oblatio xp̄i erat velata: ita ut vienens  
ad mediatorē dei & homin̄ agri mōstrareret dicēdo: Ecce agn⁹ dī. s. p̄ pecc-  
tis immolādus: s̄m illud Math. xj. Tex & p̄phe vīsq; ad iohanne p̄pheta  
verunt. Vñ & subdiaconus offerendo calicē nibil dicit: quia oblatio ve-  
teris testamenti veritatē non exp̄ssit. Sed sacerdos & diaconus aliqd  
dicunt: quia oblatio noue legis veritatē exprimit: diaconus autē offert  
eā: sacerdoti: quia in primitiuā ecclesia sanguinē ppl'o ministrabat:  
qđ licet modo nō fiat ppter periculū: manet tamē adhuc mysteriū saltē  
ad spiritualiter ppl'o cum sacerdore ministrandū tantū sacrificiū. Vel  
quia per angelū hec oblatio xp̄i est deo patri rep̄sentata & oblata: nō mi-  
nus q̄ nos tē orationes & bona opera: Loh. xiiij. Vel etiā q̄: per diaconū  
veitas euāgelia nunciatur: que deo patri per xp̄m est oblata. Sacer-  
dos offere pānem in patena eleuata: significans latitudinē charitatis  
christi: & ppl'i xp̄m cum gaudio suscipiens in qua hec hostia est oblates  
deo patri/ dicit hāc orationē: F uſcipe sancte pater oſpoſens eterne de-  
us hāc immaculatā hostiā. s. rōne sui: q̄r immaculata debet esse ad litte-  
ram. & rōne significationis: q̄r immaculatā significat hāc. Igit̄ ſuſcipe  
sancte pater ic̄. vt eā ſanctifices mirabiliter: cui omnia ſunt poſſibilitia:  
quā ego indignus famulus tuus tibi offero deo meo per ſpecialē cultū  
& redēptionē viuo & vero: ac diſferentiā idolorū mortuoz & deorū ſie-  
ctorum p̄ innumerabilib⁹ peccatis & offenditionib⁹ & negligētis meis;

# Messe

12

¶ p oib⁹ circūstati⁹: s⁹ r. p oib⁹ fideli⁹ xpianis viuis atq; defunctis:  
vbi exp̄mis p quib⁹ offer⁹ o: dñe suo. Et credibile est xp̄m fili⁹ o:zone vsl⁹  
tac⁹ in oblatiōe sui ad patrē: iputas sibi innūerabilia p̄ctā ⁊ offendit⁹  
rc. generis būani: cui⁹ naturā assumpserat. Sequit⁹ Ut mibi ⁊ illis p̄  
ficiat ad salutē in vitā eternā. l. s. p̄a est instituta ⁊ ordinata Amē. H̄z  
anq; o:zonē finiat facto signo crucis cū patena: hostiā sup altare ponit  
ad significādū p̄mptā volūtātē xp̄i q̄ obrulit se p̄ni offerēdū p̄ crucē p̄  
nob⁹. Et tūc statim patena sub corpali abscondit⁹: q̄ licet in latitudine  
charitatis honorifice esset a cōi pplo suscep⁹tus: ⁊ ad tēplū vbi se obtu  
lit patri deductus: tñ illa latitudo charitatis statim abscondita fuit: qn̄  
ip̄o pdicātē q̄sī tota dñe a nullo fuit inuitatus fm illud Marcl. xj. Cir  
cuspectis oib⁹ sc̄z an aliq⁹ yellet ip̄m inuitare cū iā vespa cēt hora exi⁹  
in berhania cū duodecim. Et sic postq; se obtulit in tēplo: etiā latitudo  
charitatis ei⁹ recedēdō abscōdita fuit ab eis: ⁊ cū maria martha ⁊ laza  
ro in berhania nō multū distātē mālit. Et q̄ etiā patēs latitudo charita  
ris duodecim discipulor⁹: q̄ cū petro dicebat se patos cū xp̄o in mortē ⁊  
in carcerē ire: postea abscōdebat ⁊ a xp̄o fugerūt: ideo in festis semidu  
plicib⁹ ⁊ duplicitib⁹. Diacon⁹ ad h̄ significādū postea qn̄ incipit canon re  
cipit patenā de altari: ⁊ inuolutā tradit subdiacono stāti ⁊ tenenti eā re  
tro a lōge. Verū tpe eleuationis discooperit: q̄ tpe eleuationis xp̄i in cru  
ce apparuit latitudo charitatis sc̄i ioh̄is stātis iuxta crucē cū maria vir  
gine. Vel aliter ⁊ forte meli⁹ p̄ patenā a petrē dicitā: ⁊ rotundā ad mo  
dū fornīcī siue arc⁹ triūphali: significat patēs triūph⁹ xp̄i: in q̄ dedu  
ctus ⁊ ob lat⁹ est ad tēplū: ex q̄ poterē eiecit vēdētes ⁊ emētes: s⁹ hic pa  
tēs triūph⁹ xp̄i statim abscōdebat: qn̄ eodē die tāq; abieci⁹ a nullo in  
uitabat: ⁊ paulopost ad passionē ducebat. Verū tpe eleuationis in cru  
ce iterū apparuit in titulo triūphali scripro: iō tpe eleuationis discooperi  
tur. Deinde q̄ sequēter sacerdos facto signo crucis sup aquā ⁊ accepta  
una gutta v̄l̄ duob⁹ mittit i vinū calicis cū o:zone: De⁹ q̄ būane substanci  
tē dignitatē rc. put in missali habet: p qd̄ significat būanā naturā xp̄i  
in aqua significatā p assumptionē būndictā esse ⁊ trāisse in diuinitatem  
qdāmodo in vino significatā: ⁊ n̄ bilominus pp̄lm in aqua significatū  
fm illud Apcl. xvij. Ique multe ppl̄ multi benedicendū esse p̄ christi  
diuinitatē, put satis exprimit oratio ipsa. Hicur ⁊ credif̄ benedixisse po  
pulum quando intravit templū ad se offerendū: dicente pplo: Benedi  
ctus q̄ venit in nomine dñi. Hicq; calix p̄paratus offer⁹ cum oratione: Of  
ferimus tibi dñe rc. Ubi innuix⁹ quid offer⁹ mus: q̄ calicē salutē confe  
rentē. Quō: q̄ tuā dēp̄cates clementiā rc. Pro q̄ offer⁹: q̄: p nostra ⁊ p  
totius mūdi salutē. Iscedit aut̄ in odorē suauitatis qn̄ acceptat⁹ ⁊ offer  
tur in seruore charitatis. Et significat q̄ iesus tūc p̄arat⁹ ad passionē se  
obtulit patri, p toti⁹ mūdi salutē. Et sic deponit calicē sup altare cum si  
gnō crucis p̄cludēs: p xp̄m dñm n̄m. l. per quē facta est hec oblatio: et  
iterū iam in ministerio perficiēda. Et tūc calicem offerit: q̄ hec oblatio  
in abscondito cor; dis celebra⁹ta fuit: dicens orationē in spū humilitatis

B 119

# Expositio

In aio cōtrito tē. que fuit puerorū in camino ignis: Daniel'. iij. ad significandū q̄ in camino ignis maxime charitatis t̄ deuotiois in spiritu būilitatis t̄ p̄titi cordis xp̄s tūc se obtulit cui nos ɔformari petim̄ ut t̄ sic fiat sacrificiū n̄m vt placeat sibi dño deo. Quo facto eleuatis manib⁹ ad celū dicit ōzonē: Ueni sanctificator om̄ps eterne deus t̄ bñ die hoc tē. faciēdo signū crucis lupytrūq; p qđ significat q̄ cū quidā gētiles rogassent philippū vt viderēt iesum: t̄ ille vna cū andrea dixiſer Jesu: r̄ndit. Uenit hora vt clarificet fili⁹ bois. Et post pauca q̄b̄ ex preſlit necessitatē t̄ dolorē sue passiois dixit: Pater clarifica nomē tuū. Venit ergo vox de celo dicēs: Et clarificau: er iterū clarificabo: Joh. xii. Ponit autē calix a dextris: t̄ hostia a sinistris: q̄r sanguis de latere eius dextro fluxit postq; in sinistra hui⁹ mūdi passionē t̄ mortē sustinuit. Et ex tūc vadit lauare extremitates digitorū nō solū ppter mundiciā corporalē ad tā mūdissimū sacramētū mūde tractandū: sed etiā ad significandū lotionē pedū discipulorū būilitate a dño ielu in cena factā: vt discipuli essent mūdi etiā a minimis affectionib⁹ impuris ad tātū sacramētū digne cōmunicadū: vt p̄t Joh. xiiij. Quib⁹ t̄ nos ɔformari debemus: fīm illud Dyo. de eccl. hierar. Id sanc̄issimū eūtes sacrificiū mūdanū quenit abylinis aie phārasmatib⁹. Et fīm or Ro. sume cauendū: ne cū digitis sic lotis vertat folia: aut aliqd aliud tāgat: sed oīno mūdos custodiat. Osi intelligendū est nō solū ad litterā corporaliter: sed etiā sp̄ ritualiter modo p̄dicto. Inter lauandū p̄o dicit illud de ps. xxv.

a T̄ mundabo. b T̄. i. qui nec sibi nec alijs nocēt. c T̄. i. oga: scz cū tu vñne laueris

**Iauabo inter īnocētes man⁹ meas:**

mibi cū discipulis tuis pedes affectionū meos. a T̄. i. virtutibus et bonis operibus ornabo. b T̄. i. fidei tue t̄ mētis mee: vbi tibi p̄ces t̄ vota offeram. c T̄. i. discam t̄ intelligā ad eos: t̄ intus a magistra veritate quō te laudē: nō me.

**et circūdabo altare tuū dñevt audiāvo**

a T̄. i. exponā ceteris postq; ego didicero. b T̄. i. p̄cipua t̄ pfecta corporalitā t̄ spiritalia vīsibilitā t̄ inuisibilitā hoībus exhibita: docens t̄ eos te laudare.

**cē laudis: et enarrē vniuersa mirabilia**

a T̄. i. bonos actus t̄ virtutes q̄bus domus tua. i. ecclēsia t̄ fidelis aia ornabit.

**tua: domīne dilexi decorē domus tue:**

a T̄. i. locū in quo gloriose habites vt nō sibi: sed tibi glia def. Uñ Greg⁹. Domus quippe dei nō solū sancti angelis: sed etiā nos sum⁹ quoq; mētes inhabitare dignatur. Et q̄ electus q̄is quātūcung⁹ p̄ficiat adhuc reprobari formidat misericordē deū bū militer exorat dices: Me p̄des. b T̄. i. p̄di p̄mitas in futuro.

**et locū habitationis glorie tue: ne p̄des**

# Misse

a ¶ .i. cū male se habētib⁹: erga dēn⁹ ⁊ eū odiētib⁹ nō colentib⁹. b ¶ scz q̄ dilexite  
decoře domus iue. c ¶ in plenti.i. cū hořbus male se habētib⁹ erga p̄mū et eū  
odiētib⁹ de q̄bus dicit: q̄ odit fratre suū homicida est: h̄j em̄ impij ⁊ viri sanguinū cō  
**cum impijs deus animā meā: et cum**  
tra duo p̄cepta charitatis faciētes: q̄tu in se ē dishonestat̄ ⁊ maculat̄ decoře dom⁹ tue.  
**viri sanguinum vitam meā: in quorū**  
a ¶ .i. opib⁹. b ¶ .i. eoz oga sun: iniq̄ et semp̄ parati sunt iniq̄ agere. c ¶ q̄ si qd̄  
boni agit p̄ munerib⁹ faciūt pecunie: vel laudis huwanie: vel timoris quo timent di  
**manib⁹ iniquitates sunt: dextra eoꝝ**  
uit̄ vel potentē offendere: sic ditati sunt ⁊ repleti muneribus. a ¶ .i. in diuinijs in  
repleta est muneribus: Ego aut̄ in ino  
nocentie ⁊ spūalis thesauris. a ¶ scz altare ad tibi sacrificandū et viā p̄sentis vite ad  
tibi complacendū. b ¶ a peccatorū malis ⁊ huius vite periculis p̄cipue in tantis mi  
cētia mea ingressus sum: redime me et  
seris iam pagendis. a ¶ .i. misericordia tuam a me nō auferēdo qui ex meipso mi  
ser sum: Et hoc debes q̄. b ¶ scz spūalis ⁊ affectus qui facile labi solet ⁊ etiam cor  
poralis. c ¶ .i. nō recessit a tua iusticia: sed immobilis permanit contra oīa scandala  
**miserere mei: pes me⁹ stetit in directo:**  
te diligendo. a ¶ scz subiicit de dilectione. primi. i. sanctis congregationibus. s. de  
tuis bñficiis mibi a te collatis nō solum lingua ⁊ vocib⁹ sed etiā vita et morib⁹: vt  
ceteri exemplo meo informent ad te benedicendū. b ¶ ergo.

**in ecclesijs benedicā te dñe: Glia⁹ patri.**

¶ Itaq̄ facta lotione digitos tergit ne aliquid humidi carnalis p̄cupiscē  
tie: q̄ facile maeule p̄trabū: remaneat. q̄r ⁊ iesus pedes discipulor̄ su  
oru postq̄ lauit lyntheo terst. Alij tñ h̄ alias hñt ōdes imutatq̄ ordi  
ne dictū ita: vt p̄mū circa canonē c̄ipiēdū lauēt digitos: ⁊ hoc forte ve  
mudi⁹ possint p̄seruari q̄ al's in q̄redis secer̄ ⁊ folijs p̄redis facile pos  
sent coinqnari vel alia q̄libz ex cā: pur ifra i r̄nsis q̄onū videre lz: putat̄  
tñ qdā m̄l tñ icōueniēs differre lotionē vsq; ad finē p̄fatiōis: tñ rōe signi  
ficatōis: tñ rōe p̄tinuatōis: p̄tinuat̄ em̄ canon ad pcedētia immediate: s̄z  
plotōez cū p̄s. lauabor̄ ⁊ discōtinuaf̄ ḡ ⁊ t̄. In dñic̄ x̄o dieb⁹ fest⁹ sem  
duplicib⁹ ⁊ duplicib⁹ facta oblatio ic̄elat̄ roe q̄ sup̄ ad l̄raz in pncipio ⁊  
allegorice significat: q̄ maria magdalena accepit librā vnguēti nardi  
p̄ciosi: ⁊ effudit sup̄ caput recubēt̄: ⁊ circūiens vnxit ⁊ pedes iesu: ita  
vt ipleret dom⁹ odore vnguēti: Matth. xxv. ⁊ Job. xij. Qd̄ exposuit  
dñs factū ad figurādā sepulturā ei⁹ i primo futurā. s. post mortē crucis  
⁊ p̄dicadū i vniuerso mūndo q̄ hoc fecerit i mēoriā. s. laudis glie ⁊ bono

# Expositio

ris eius et per sequentes totius trinitatis. **I**s sacerdos incensando ter facit signum crucis super oblatam et calicem: deinde circumdat calicem ter: et tertio elevata manu incensat ter: **H**ecus crucis: quod factio vadit ad dextram incensando: deinde ad sinistram: et iterum redies ad dextram incensando: deinde ad sinistram et iterum redies ad dextram: ad significandum bonum odoratum genitum et noticie Christi: primo diffusum ad iudeos: deinde ad gentes: et postremo iterum reditus ad iudeos in dextra significatos: ut scilicet et tunc sacerdos tradit thuribulum sine thurificatioe dyacono. **Q**ui accepta planeta manu sinistra: incensat sacerdotem manu dextram: deinde subdyaconem dyaconem: et subdyaconem a ministro thurificat: et a ministro torchorum: et signum Christi a Christo sacerdote magno bona cuncta procedunt mediatis ministris quod debet accipere et tenere reverenter et patienter planetam charitatis in sinistra aduersitatis: et sic manifestare et coicere odoratum noticie Christi dextra recte intentiois: hoc enim fecerunt sancti ministri euangelici in dyacono significati: finis illud. **q. Cor. vij.** **D**eo autem gratias quod super triumphat nos in Christo Iesu et odoratum noticie sue manifestat per nos in omni loco: quod Christi bonum odor sumus deo tecum. **A**n et fratres quoniam thurificatis debet reverenter caput inclinare: insignium gloriarum actionum: et ut vel sic valeat offerre odorum deuote olationis. **S**acerdos itaque lotio facra cum precio. ut sancti iunctis manibus anno pectus vadit Christus medium altaris: et inclinatus profundat die ozonem: suscipe sancta trinitas tecum. put in missali ubi pater: primo cui offeratur: quod sancte trinitati: quod offeratur: quod haec oblationem. **Q**uare: quod iob memoriam passionis resurrectionis ascensionis Iesu Christi domini nostri et in honore beatae marie virginis: ibi. **J**oh. bap. et sanctorum sanctorum precipuorum et omnium sanctorum precerum quod offeratur: ut similis priuat ad honorem: s. accidentalem: put istra de fructibus huius sacrificij: pater nobis autem ad salutem: et ut illi per nobis intercedere dignentur celis: quod memoria facimus in terris: et significat longa oratione quam fecit Christus post lotionem perditi discipulorum per eis dicentes: non rogo ut tollas eos de mundo: sed ut servues eos a malo tecum. **J**oh. xvij. profunda inclinatio significat profundum Christi humilitatem quod exinanivit seipsum formam servi accipientis. **B**ibil. vij. finita oratione osculat altare et fit se ad populum dicentes: **O**rate fratres ut meum et vestrum sacrificium acceptabile fiat apud deum omnipotente. s. ex parte nostra quod in se semper est acceptissimum: ubi ad supplicandum inveniamur ibi orate: ad nos mutue amandum inflamamur: quod fratres ad quod petredendum informamur: quod ut meum ac vestrum tecum. **E**t residet ministri loco populi: suscipiat dominus sacrificium tuum ad laudem et gloriam nostris suis: utilitatemque nostrae ecclesie sue sancte. **S**yrat autem se: quod ad hec excitat oculis circumque. **E**t significat tertia appetitio quod est iudeis et gentilibus simul facta a dextris: et sinistris existentibus: ut quoniam vox venit de celo dicentes: et clarificauit et iterum clarificabo: ut scilicet **J**oh. xvij. **S**ecreta significat secretam traditionem de qua Jesus turbarum spiritu dicit: quod vestrum me tradiditurus est hac nocte in manus petchorum. **E**t postea iudeus: quod facis fac cito: iudas accepta buccella exiuit continuo vertens se a dextra societatis discipulorum Christi: et nunc redies sed gyras te ad sinistram profide societatis iudeorum cum quibus similius habuit secreta: quod enim ea caute tradereret: et ipi caperet sub signo pacis sine turbis: et tunc sacerdos secreta dicit secretas finis numerum

# Misle

collectari: significans q̄ qñ iudei cū iuda habuerūt p̄ filii de traditione xp̄i xp̄s orabat: fī illud ps. cxvij. Locuti sunt aduersū me lingua dolosa. scz iudei & iudas tractādo de traditiōne mea; pur exponit Ly. ad litterā: Et sequit̄ p eo ut me diligenter detrahebat mihi. Ego autē orabam.

**Tropologice:** p oblatione corporalē significat spūalis oblatio suūpī. **Tropole.** q̄ regn̄ ex p̄te offerētis vel offerētū ad fructuose et digne tm̄ sacrificiū. **Gice.**

offerendū: fī illud Ro. xij. Obscero vos fratres p misericordiā dei ut exhibeat̄is corpa vestra hostiā viuentē sancrā: deo placetē rōnabile obsequiū vestrū. Quia tm̄ nulla oblatio est accepta: nisi de⁹ sit cū offerēt p gratiā. Ideo p̄mitit̄ orādo: dñs vobiscū. v̄s. Debet p̄mo q̄libet seipsum dño offerre: deinde munera: fī illud Gen. liij. Respxit̄ deus ad Abel & ad munera eius: t̄ hoc hilariter orās deuote q̄tenus dñs accepter exēplo dñmid: q̄ post regiā oblationē, p̄dificāda domo dñi dixit. j. **Paral.** xl. H̄cio deus me⁹ p̄ p̄bes corda et simplicitatē diligas: vñ et ego in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa bec: et pplm tuū q̄ bic repertus est: vidi cū ingenti gaudio tibi offerre donaria. Dñe deus abraā & isaac: t̄ isrl̄ patrū n̄fōz custodi in eternū hanc voluntatē cordis eoz: t̄ semp in venerationē tui mens ista p̄maneat. Et hoc p̄tra auaros sacerdotes & vase gloriosos offerētes: q̄ in oblatiōib⁹ finaliter nō venere rationē dei sed q̄ sua sūt q̄rūt. Lanit̄ etiā offertoriū: q̄ hilarē datorē dilit̄ de⁹. **Cor.** ix. Offert aut̄ seipm̄ qñ p̄ponit ex toto corde c̄truz p̄t seruire deo & p̄ter deū offensas oēs remittit̄ primo fī illd. **Matth.** v.

H̄offers munus tuū ad altare & ibi recordat̄ fueris t̄c. Debent em p seruōē charitatis: & p̄tritionē cordis: & castigationē corporis xp̄o cōforo mari seipm̄ p nobis offerēti. Per thurificationē inducumur ad ōzonis deuot̄ onē: fī illd ps. Dirigat̄ ōzo mea sic icēsū. i. bon⁹ odor de ara cor dis incēla igne charitar̄ i. p̄spectu tuo. l. acceprabilis. Offert aut̄ p̄mo incēsū sacerdoti bñdicēdū: in signū qđ nec ōzo nec aliqd aliud est acceptū deo: nisi bñdictū & acceptū sit a xp̄o: sacerdos ho petiit q̄ten⁹ p̄ itercessionē bri michaelis & oīm elector̄ incēsū istud ōzonis dignet dñs bñ dicere: t̄ i. odoz suauitat̄ accipe: q̄ nō nisi mediātib⁹ illis bñdicēt & acceptat̄ incēsū ōzonis: fī illd Apo. viij. Ascēdit fum⁹ incēsū d̄ ōzonib⁹ sc̄rōz de manu angeli corā deo: deinde cū thuribulo fac̄ ter signū crucis sup oblationē dices: incēsū istud a te bñdicēt̄ t̄c. p̄ qđ significat̄ q̄ v̄t̄ re crucis a tota trinitate: p̄mo incēsū ōzonis bñdicēt̄ dō ad dñm alcēdere: re: & tertio effectū misericōdie descēdēto ip̄etrare put̄ sat̄ exp̄mit ōzo. Quo facto circūdat calicē ter dirigat̄ ōzo t̄c. ad significādū q̄ ōzo vt̄ sit efficax d̄z ec̄ trina. i. p̄fecta: siue p̄seuerās q̄usq̄ p̄ueniat an cōspectū dei. Tertio eleuata manu incēsat̄ ter dicest̄: eleuatio manū mea p̄ sacrisciū vesp̄tinū ad significādū q̄ p̄fecta op̄atio q̄ seq̄ d̄z ōzonē acceptabilior est: sicut sacrificiū vesp̄tinū ve. le. acceptabilis erat pingui⁹ & solēnt̄ us: q̄ p̄ hoc p̄formatum̄ xp̄o q̄ in laborib⁹ fuit a iniūtute sua et op̄ qđ dedit ei p̄ p̄sumavit: Job. xvij. Cōseq̄t̄ vadit ad dexterā & sinistrā p̄tēs v̄trobīq̄ liberari a mal: p̄mo oris dicēs: pone dñe custodiā ori meq̄.

# Expositio

scyt nō ociosa vana aut nociva loqt. Et hostiū circūstātie labijs meis  
vt discrete & oportuno tpe aperiant sicut ostiūz camere. H̄do a malis  
cordis dicit vt nō declinet cor meū &c. Et sic p arma iusticie a dextris &  
sinistris incedēs; ultimo tradit thuribulū mistro dicens: accēdat in no-  
bis dñs ignē sui amoris: & flāmā eterne charitatis: Rūndēt Amen. Tete  
ra parent ex supradictis inceptis secretis: dyaconus debet tenere flabel-  
lum & muscas a sacerdote & sacrificio repellere si est necesse: tū q̄ ab illo  
tpe oportet sacerdotē esse recollectū: & in cordis secreto oīno quietū: vt  
sic ex toto corde tūc possit cōverti in deū ad qđ multū cooperat exte-  
rius inquietudinis remoto & repulsiō: tum q̄ demones per volātes va-  
nas cogitationes nitunt tunc maxime impedire sacrificantē & sacrificij  
effectum quātum possunt: put figuratum est: Gen. xv. Ideo per exte-  
riorem flabellationem docemur: & interius flabello se exercētis & feruē-  
tis charitatis bas inuisibiles muscas discrete abigere.

Tertia pars incipit a p̄fatione: & finit ante orationē dñicam in qua fit  
oblatoz cōsecratio: Et subdiuidit in particulas quinqz que dño conce-  
dente patebūt locis suis. Prima premittit ppter qđ t p̄fatio dicit: in q̄  
ppls primo ad deuotionē & attentionē excitat per secrete orationis al-  
tarum & expissam cōclusionē: p sursum leuādoz cordiū atqz gratiarūactio-  
nis monitionē. Secundo duplex ratio gratiarūactiois assignat: per ap-  
probāde respōsionis declarationē ibi: vere dignū et iustū est &c. Tertio  
laudes nostras cū laudibus angelorum simul acceptari supplicat ibi:  
cū quibus. Quantū igit̄ ad primū: alte & expresse cōcludit ultima ora-  
tio secretorum eleuatis manibus: vt supra cū dicit.

a. ¶. s. viuit & regnat de cui⁹ more tractanda cōuenit iudas cū iudeis occulere: & p cō-  
equens laudandus & glorificandus manifeste sine fine: quod omnib⁹ expedit scire. vn-  
de cū iudas exisset dixit: Jesus nunc clarificatus est filius hoīs: & cōtinuo clarificabit  
eū. Job. xii. Respondetur. Amen. b. ¶. i. verum est: Non est accipitur hic amen p-  
fiat fin Albertum.

**¶ Per omnia secula seculorum: Amen.**

a. ¶. s. sit gmanēter in tanti sacramēti cōsecratione p̄ficiēda: ne cū discipulis tpe tem-  
p̄ationis ab eo fugiatis. Et tunc incipit dulciter canere p̄fationē illam: q̄ signifcat  
dulcissimi & longi sermonē illū quē tūc p̄fet⁹ est discipulis an suā passionē dicēs: si  
hōli adhuc modicū vobiscū sum &c. Ps. xii. et. xiii. b. ¶. s. sit modo dicto.

**¶ Dominus vobiscum. Et cū spiritu tuo**  
Qua r̄nstone charitatis audita: sacerdos ad altiora p̄fici volez exp̄sse adhortat ex-  
plo r̄pi q̄ tuū aur: Nō turbet cor v̄rm &c. dices: Sursum corda. a. ¶. leuate intelle-  
ctu & iras: affectu charitatis: & tute cōueratiois: et rectitudine intēriois ad altissima  
cōtemplād̄. p̄s. Accedat hō ad cor alii & exaltabit de⁹. s. ad altiora. b. ¶. q̄ ad alii  
aliquid cor exalteari nō p̄t: nec in aliq̄ muti⁹ locari ad r̄a alta & celestia dona p̄cipiēda: h̄  
istud: vt dixit qdā: est solē: m̄daciū miseri: id q̄libet v̄deat hic ne m̄nāt p̄seidō.

**¶ Sursum corda: Habem⁹ ad dominū:**

# Misse

a **E**rigo quia ipse nos creauit redemit et tanto labore parare nobis locum in gloria disponuit. **I**ob. xiiiij. **E**go vado parare vobis locum. **I**pse est dominus deus qui creando dedit naturam et gubernando in esse conservat eam: noster qui redimendo dedit gratiam et salvando confert gloriam: deus enim noster deus saluus faciendo.

## Gratias agamus domino deo nostro.

a **T**ezratione sui quia ipse est dominus deus noster tam liberalis et magnificus. b **T**razione nostri quia nos populus eius et oves pascae eius propter quod ad hoc tenemur receptis tantis beneficijs. c **T**razione sue magnificentie.

## Dignum et iustum est. Vere dignum et

a **T**ex parte nostri ratione sue beneficentie accepte. b **T**razione accepti multum enim placet deo gratitudo ita etiam ut pro equa et proportionabiliter retributione donorum suorum acceptet quando homo aliud non habet. c **T**id est perducens ad salutem. d **T**onum in prosperis sed etiam in aduersis in tempore gratiae et eternitate glorie.

## iustum est equum et salutare: nos tibi

**T**ecuudum Albertum simpliciter est equum quando gratias agimus per deuotam huius sacrificii oblationem: qua tunc equale donum reddimus quem in dono summo a patre misericorditer accepimus.

a **T**id est in omni loco dominationis eius cuiusmodi est terra mundi machina per te enim restaurantur et que in celis sunt et que in terra. b **T**alem habitualiter ubi et quando non possumus actualiter. c **T**ez omnium rerum per naturam nos specialiter sanctificans et filios regni per gratiam generans.

## semper et ubique gratias agere: domine san-

a **T**ui omnia sunt possibilia potens et ex nihil aliquid facere. b **T**ernitatem glorie mortalibus conferens.

## cce pater omnipotens eterne deus per

a **T**qua ipse est mediator dei et hominum homo christus iesus. i. **T**imoth. ii. **E**cce prima ratio gratiarum actionis que est divine bonitatis excellentia sequitur. Secunda scilicet laus angelica quorum exemplum sequi debemus cum dicitur. b **T**ebrium medicorem.

## christum dominum nostrum: per quem

a **T**est autem maiestas sum nominis interpretationem magnitudo supereminens stans et numerus ad paritatem declinans: que sum Albertum latet et mirabiliter patet in hoc venerabili sacramento consecrando: cui testimonium phibent laudando. b **T**qua per eum facti restaurati et beati. c **T**recognoscentes tuam dominationem subiectam et quasi nibil respectu magnitudinis illius maiestatis.

## maiestatem tuam laudat angeli: ado-

# Expositio

a Tremore reverentie et obedientie recognoscentes suam potestatem quasi nihil respectu illius maiestatis immense: sicut illud Job. xxix. Columnne celi contremiscunt et paudent ad nutum eius.

## r̄at dominationes: tremūt potestates.

a Merito ergo a nobis miseris hominibus est laudanda adoranda et tremenda tanta maiestas in sacramento mirabili, propter fragilitate recognita: et supra illa maiestatebus considerata in comparatione angelica.

a Propter omnes angelorum supremi celi sunt illud ps. cij. Undicite domino omnes virtutes eius misericordie eius et ceterum. Est enim hic generale nomine angelorum. b Pluralis numeri neutri generis, id est omni chorus ordinis angelicorum agmen; quod anthonomastice beatum dicuntur: eo quod proximus diuine maiestati semper assistat. Et pre ceteris charitate ardens: ar-

## Celi celorumq; virtutes: ac bita seraphim

dentissime in deum semper tendunt. a Propter item coniuncta et sociata. b Seraphim quadruplicem ineffabiliter patet voto. c Propter item simul laudes tuas et huius sacramenti altitudinem celebrantur sicut Albertus et propter consequens incongruum est ut aliquis homo se huic celebratitudini subtrahat vel audiatur illud Job. xxxviii. ubi eras cum me laudare astra matutina. d Seraphim angelis.

## Socia exultatione coelebrantur: Cum qui-

a Omnes quidem sed rationabiles. b Seraphim suis in huius sacrae celebratione. bus et nostras voices: ut admittit iubilans

a Quod deus: quod sine tuo iussu tuante a nobis fieri nequit: ut seraphim inter angelicas voces nostre audiatur. b Propter item humili laude non superba presumptio.

## Depreciamur: supplici confessio dicentes:

a Erat nota hic ordinem pulcherrimum: Nam signanter de infinita hierarchia ponitur unus chorus seraphim angelorum. Primus de media duo seraphim secundum et ultimus et de supra eternum unus chorus seraphim cum ceteris virutibus, id est angelis: celi celorum hoc est supremi celi seraphim empyrrei ut per hoc plane intelligantur omnes chorus angelorum infiniti medi et supremi ynamiter in gemina charitate dei et proximi laudare summam trinitatem sine fine: Quidam tamen nomine celi celorum dicunt thronos debere intelligi, id est principium chorus supremae hierarchie: eo quod in eis dominus tanquam in celis sedeat: et per virtutes specialiter terrum chorus infinitae hierarchie: Et sic de omnibus chorus ponuntur soli extremi chorus obmissis mediis seraphim archangelis principiis et cherubim: qui sub extremis includi satis intelliguntur: sed tunc dubium restat quare virtutes cum supremis seraphim ponuntur cum sint de infinitis: ad quod dici potest: quod in hoc venerabili sacramento deo maxima sua charitate multa miracula operantur: operari autem miracula huic cho-ro seraphim attribuitur. Ideo merito hic cum seraphim ponitur. Notandum quoque adhuc alias esse punctiones in speciali: in quibus sunt exigentia festi viratum spinales rationes laudandi et gratias agendi deo exprimuntur: et

# Misse

in missis votivis sunt dicēde vbi p̄pria habet; sunt autē solum decē ab ecclesia approbatē: nouē instituit pelagius papa: et habent in ca. inuenimus: de p̄se. dīl. i. Et in ca. sanctoꝝ. lxx. dī. ponit decima: de domina quā instituit Urbanus papa: si que autē alie inueniant de missali sunt delende: nū ex spirituali p̄uilegio sit cōcessum: vt papa minoribus de brō Frācisco per Sixtū q̄rtū. **D**equit scđ a particula: in q̄ subiungit̄ deuota xp̄i et totū trinitatis laudatio angeloz et hoīm in vnū put in fine p̄fationis admitti postulauimus dicētes: p̄mo cū angelis: **A**sa. vi.  
**S**anc̄t̄ scđ scđ dñs de⁹ r̄c. **D**ebo cū trib⁹ pueris: **M**atth. xxj.

a **D**icēter scđ et semel dñs deus: vt trinitatis et uinitatis mysteriū comprebēt. **E**t respōdet scđ: q̄s sanguine firmat̄ vel in mundatus: qr̄ in sanguine xp̄i opatione trinitatis oīs nr̄a religio fundata et firmata est ac mundissima effecta. b **T**. i. exercituū: scđ

**S**icut scđ scđ dñs deus sabaoth:

angeloz et hoīm in ecclia tanq̄ castroz acies ordinatoꝝ. a **F**m illud **H**iere. xxij. **C**elū et terrā impleor̄ qr̄ de plenitudine eius oēs accipiūt. s. angeli et hoīes et specia liter q̄ hui⁹ sacrificij oblationē. b **T**. i. obsecro salua nos p̄ hui⁹ sacramēti gratiā.

**P**leni sūt celi et terra gl̄ia tua. **O**sanna

a **T**. i. in celis: excelsa et eterna salute cōstitutos in excelsis mysterijs. b **T**sc̄ sit per gratiarū actionē et laudē. c **B**hūanitatē assump̄tā: semel in mundū et q̄tide in altaris lacro ut bñdictionē suā largiā et honorifice eū inscipientib⁹ in p̄fētū: in futuro q̄n iterū venturus est ad iudiciū. d **T**cōtra antichristū q̄ veniet in noīe luo.

**I**n excelsis: **B**ñdicit̄ q̄venit in noīe dñi

a **T**sc̄ a miseria pene et gloriā: saluatoros a miseria culpe et gratiā: vel bis dicit osanna in excelsis ppter salutē corporis et aie: ei duplēcē stolāquā xp̄s p̄ hoc sacrum cōfert devote et reuerēter ipsi inscipientib⁹.

**O**sanna in excelsis. **D**ebet aut̄ fm or. **R**o. sacerdos cū ministris inclinatus mediocri-

ter sup̄ altare dicere hunc hymnū angelicū ad representandā angelicā deuotionē xp̄i et suorū discipulorū: qui hunc hymnū angelicum vel saltē sibi similē dixerunt: post ultimā cenā vtq̄ reuerēter: et deuotissime: fm illō **M**atth. xxvi. **H**ymno dicto: exierūt in monte oliveti: vbi dicit **A**ya. **H**ymno. i. cantico di uine laudis dicto p̄ sacramēti institutione et nouē vite denūciatione: in eodē loco vbi cena erat facta: et **B**urgēsis in additiōe dicit fuisse illum magnū hymnū a **D**ōs. **L**audate pueri dñm r̄c. vsq; ad beati īmaculati exclusiue: qr̄ et adhuc hodie dicit iudeos post esum agni pascalis hunc hymnū solēniter canere: eo q̄ in hoc hymno fit mētio de redēptiōe egyp̄tia et ipsi solū carnaliter intelligunt ppter quā et tūc celebrāt: spūaliter tñ intelligēda: et fm hoc (si verū est) p̄dicit̄ hymnū huic saltē est simili in sentētia; ppter qđ sacerdos tūc cū ministris debet se cōformari xp̄o cū suis discipulis deuotissime hūc hymnū dicēdo: et q̄tum p̄t in angelicā deuotionē se transfor̄mādo: **C**um aut̄ dicit bñdictus qui venit r̄c;

**T**el etiam  
xp̄s ter p̄t  
dici sanc̄t⁹  
pter san  
ctitatē car  
nis et̄ aie  
et deitatis  
**S**cti ergo  
estote: qm̄  
ego sanc̄t⁹  
su dñs  
**L**euit. xix.

## Expositio

Debet se erigere et signo crucis se signare: similiter et oes in choro quando canunt. Benedictus: ad significandum quod christus per crucem triumphavit: et benedictionem nobis dedit: et non nisi per crucem dare ordinavit: ad quam et sustinendam extunc ad monte oliveti ut dictum est exiuit: ideo sequitur. ¶ Tertia particula: in qua petitur consecrande materie benedictio et acceptatio. Et primo generaliter premitur quid petatur quantum ad oblationem que dicitur sacrificium: ibi: Legitur et. quantum ad offere eos et eos pro quibus offertur: quorum salus postulat: ibi: impetratis que tibi offerrimus et. quantum ad eos quorum patrocinium imploratur in quorum etiam reverentia offerit: ibi: comunicantes. Secundo specialiter et expresse concludit quid per oblationem hostie impetrandum postuletur: ibi: hanc igitur. Quantum igitur ad primum. Notandum enim Innocentius hic aliud verba: aliud signa et gestus prendunt. Nam verba ad consecrationem et effectum ipsius impetrandum pertinet: signa vero ad historiam dominice passionis recolendam: propter quod et hic canon incipi dicitur: id est regula: quia non solum regulariter efficit consecrationem per sua verba: sed etiam regulariter representat passionem christi amarissimam enim ordinem per omnia sua signa. Qui concordat Beatus Augustinus. iij. de trinitate. dicens: Nostrum sacrificium esse sacramentum oblationis iesu in cruce. Et beatus Tho. par. iij. q. lxxij. arti. iij. dicens huius crucis signa quibus signatur sacrificium non fieri dumtarat ad consecrandum hostiam alioquin post consecrationem fieri non deberent: sed principaliter ad modum et ordinem dominice passionis representandum signatur autem conuenienter modus et ordo passionis christi per signa crucis: quia in omnibus articulis passionis et signanter hic expressis cruciatum quendam singulariter sustinuit: et tandem passionem omnem in cruce consummavit. unde et non sine divina pudentia creditur factum: ut canon ipse ab ecclesia inchoaret que crucem plus ceteris representat qualis est littera. ¶ Ut scilicet per eius inspectionem sacerdos statim in memoriam dominice passionis reduceret tunc ex ordine peragendam: propter quod et communiter ibi expressa imago crucifixi laudabiliter depingit. Et in hec textus expoundens est de verbo ad verbum litteraliter cum adiecta significacione allegorica passionis christi enim ordinem insignis: solum tamquam virtutem et interlinialiter ut et fastidium pliritatatis virtutem: et intellectus eius faciliter memorie commendetur: finito itaque hymno angelico sacerdos profunde se inclinat coram altari usque ad utrum accepta habeas: significans illam profundam inclinationem vel potius corporis prostrationem: quam fecit christus in monte oliveti quando factus est sudor eius sicut guttre sanguinis decurrentis in terram. Luc. xxvij. Et sic humiliter mittit petitionem ad deum ut has oblationes acceptet et benedicat dicens continuatue ad precedentia.

# Canonis



a **P**. s. cūtū s̄s sanct⁹ dñs deus sabaoth essentialiē accipiendo  
li pater ve attribuat roti trinitati ⁊ singulis psonis cōiunctum ⁊  
diuīsim quō ⁊ xp̄s est filius tot⁹ trinitatis nō generatione di-  
uina sed creatione humana. **T**el accipēdo pater notionaliter  
est sensus. **T**e igit̄ clementissime pater: q̄ clementer admisiſti vo-  
ces nostras cum angelis vt postulamus ad laudandum māles  
statem tuam: per alium igit̄ ⁊ c. b **C**on ratione creationis:  
gubernationis et adoptionis.

a **E**igicur clementissime pater

a **T**anq̄ mediatorē s. naturalem. **T**u em̄ es infinite clementie ⁊ misericordie nec ss-  
num misericordie alicui claudis: maxime si per iesum xp̄m obsecratus fueris. b **N**on  
vñ partiu um: sed dñm dominantium.

**P**er iesum christii filium tuum dominū

a **T**. i. humiles ⁊ deuoti: nō supbi p̄sumētes de nostris meritis. b **T**. s. pre magnitu-  
dine affectus: vt sic geminata postulatio melius obtineat qđ intendit.

**N**ostrū supplices rogamus ac petimus

a **T**. i. vt: sed cuž maiori  
expiſſione. **E**t debet acui  
in fine ad dñiam verbi in  
finitiui modi. **E**t oscula-  
tur hic altare significans  
fraudulentū osculum iu-  
de. b **T**id est grata.

**V**ti accepta  
**H**ic bic ministri solēt a sacerdote recedere et re-  
troſtare. **P**rimo ad significādū q̄ instāte passio-  
ne dñi oēs discipuli relicto eo fugerūt: **L**uc. xxij.  
**H**ecdo ut suo exēplo ceteros informēt: ne tūc q̄s-  
q̄ audiat in faciē celebrātis stare: sedere aut p̄spī-  
cere; p̄p̄ qđ ⁊ tūc laudabilis corvine trabunt a la-  
terib⁹ altaris ad velandū sacerdos: ne distrabaf:   
qr tūc intrat maxima secreta pagenda q̄ vt liber  
denore ⁊ sine distractiōis impedimēto possit cele-  
brare: solitudo plerūq; est ei necessaria: in cui⁹ figura olim summ⁹ sacer-  
dos solus introiuit in sc̄atōp̄ cū igne ⁊ sanguine. **H**ic sacerdos euan-  
gelicus ad habendū ignē feruētis deuotiōis: ⁊ sanguinē passionis xp̄i  
memor: adi ⁊ tractādi intra tā sacratissima mysteria celebranda solus li-  
one intentionis: quia dirigit pro viuis et mortuis non solus ex intentione celebrantis: sed etiam ecclesie universalis principaliter offerentis: unde et in ordinatione sacerdotali dicitur accipere potestatem offerendi pro viuis et mortuis. Tertio ratione operatis: ut celebratis: missam procuratis: et populi circumstatis: quorum deuotio hic maxime attendit et collecta in unum deo offert. Nam qui circa hoc officium se indeuotum exhibet: ubi rogo deuotus apparebit: Totius enim ecclesie deuotio in hoc officio colligitur: nutritur et augetur: ut bene declarat **Geo.** in. iiiij. di. viij. q. j. Quarto ratione operati: quod constat esse maxime meritorum et deo patri semper acceptissimum: non solus ex institutione christi sicut et cetera sacramenta: sed etiam ex contento essentiali. Nam ibi vere et realiter continetur ille: per quem solus expiantur omnia peccata culpe et pene: conferunt singula bona gratiae et glorie. Ipse enim est quem deus pater fecit peccatum pro nobis. **h.** **Lor.** v. id est sacrificium quo omnia peccata expiantur. Nec potest: nes unquam potuit post primi parentis lapsus aliquod opus esse gratum deo patri nisi in virtute humani sacrificii vespertini in fine huius seculi oblati. **Lol.** j. Ad placuit per eum reconciliari: omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius siue que in terris: siue que in celis sunt. **Ihe.** em est sacerdos et sacrificium: scilicet patri representans: et pro nobis offerens in holocaustum: prout deducit apostolus: ad **Heb.** Ipse est clavis dauid qui claudit et nemo aperit: aperit et nemo claudit. **Iocal.** iiiij. Ipse denique est fons gratiarum: de cuius plenitudine oes accepimus gratiam pro gratia. **Joh.** i. Ipse sine cuius nomine quam hoc sacrificium prestare nemo gloriam in celo consequitur. **Ipsu** dicente: Nemo a se dicit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo: unde et sacrificium et eucharistia dicuntur: sacrificium propter peccatorum remissionem eucharistia propter gratiae infusionem: Propterea et maxime priuilegium est stat missa officium: nam quo ad essentialia a solo christo est institutum: et quo ad supradicta ab ecclesia noscitur ordinatum: de hoc habentur exempla plurima. **Heg.** et alioz hic gratia breuitatis obmissa. Sed diceres an ne idem sit quecumque missa dicatur siue de sanctis siue pro defunctis. Respondeo quo ad sacrificium idem est et valeret: quodcumque officium dicatur: sed quo ad orationes ille videlicet efficaciores: per quas magis excitatur deuotio orantis: et intentio magis dirigitur ad eos per quibus oratur. Et quia in missis pro defunctis orationes et laudes expressae sonant pro defunctis: non sic in alijs: ideo ratione huius magis videtur valere. Potest tamen ratione deuotionis et intercessione sanctorum qui ad subventionem defunctorum suppliciter implorantur hoc rotum recuperari et etiam multo amplius valere: super quo essent informandi laici: ne sacerdotes grauarent cum missis pro defunctis si ad alias ut de sanctis habent maiorem deuotionem: quia sufficit imponere collectam et per intentionem sacrificium applicare. Quarto ad quid pro sint suffragia defunctis: Respondere non ad status mutationem: et damnationem vel beatitudinem: neque ad aliquem primi essentialis acquisitionem: sed illud **Ecc.** xi. lignum ubi occiderunt

**Greg.** iiiij.  
**dial.** capi.  
liij. et. lvj.  
et. lxvj.

# Misse.

sue ad austrū siue ad aquilonē ibi erit: sed psunt ad beatitudinis accelerationē per debite pene satisfactionē qua impediunt ante eius solutionem: aut gent etiā beatitudinē accidentalē inquātū gaudent nō solum de bonis, p̄ prijs: sed etiā proximorū et omniū electorū. **Quinto.** Quorum suffragia psunt. Respondeſ quo ad opus operati suffragia eque psunt siue a bonis siue a malis fiunt: vt pater de missa elemosyna et sic de alijs in se sed quo ad opus operas potest cōcurrere duplex causa: scz pncipalis et instrumentalis: si q̄s ergo in charitate existēs pncipaliter faciat mandat aut ordinat suffragiū semp valebit etiā si per malū ministriū fiat tanq̄ per causam instrumentale: quia talis gerit personā principaliſer facit mandat vel ordinat pncipalis auctor nō fuerit in charitate: tunc fm Tho. nō prodest defunctis siue per bonum siue per malū ministriū faciat. Nisi per accidēs inquantū: scz pauperes recipiētes elemosynā per hoc excitant ad orandū pro defunctis: vñ nisi anteq̄ fieret executio recuperaret gratiā: et de nouo mandaret ordinaret: aut acceptaret. Fundat autē hoc in alia sentētia sancti Thome qui tenet aliquē in mortali non posse satisfacere pro peccato prius dimisso. Sed tenēdo contraria opinionē doctor subtilis ita vt satisfactio i mortali facta tollat penā: licet nō sit placans nec recōsilians videtur dicēdū suffragia facta ab existēti i mortali prodesse defunctis. Nam si quis potest satisfacere p̄ siue peccatis q̄uis sit extra gratiā: a fortiori potest satisfacere pro alio existēti in gratia: quales sunt vincī in purgatorio. Et hec opinio est magis p̄a licet prior sit securior et minus dubia: ynde et cautū foret vt volens ordinare testamentū aut elemosynas facere p̄ se aut alijs defunctis: si se prius per penitētē sacramentum purgaret vel tunc saltē prius acta renouaret: aut per officia ecclesie vt p̄missas et exequias funerales faceret: ybi pncipalis auctor et minister est ecclesia: q̄ sic certū est fm omnes p̄ desse etiā si exequētes essent peccatores: verum eligibilius est executionē fieri per bonū ministriū q̄ per malū semp: quia tunc cū pncipali cōcurrat etiā deuotio psonalis ministri: qui suam devotionē potest trāſferre in defunctū sicut pncipalis: ynde secluso puerillorū scandalō semp magis peuranda et optāda est missa sacerdotis deuoti q̄ suspecti et vagi. Nam si multū valet oratio iusti assidua: fm sanctū Jacobū aplm etiā ybiq̄ fiant: quātomagis quādo fit in missa. **Jacobi. v.** et in tanto iungit sacramēto. Deniq̄ si quis sacerdote malū in sua maiūtia perdurante induceret ad celeb̄andū: bau d dubiū grauter peccaret: quia tunc locū videſ habere illud. **Grego. vi.** si is qui displicet ad intercedendū mittit: irati animus ad deteriora puocatur. Non tamē leuitate quisq̄ iudicādus est malus: cū duodecim sint hore diei in quibus peccator potest ab intra cōuerti et occulte. Et ad hoc yalet exemplū qđ scribit petrus damiani in hec verba: pnceps cuiusdā ciuitatis p̄s byterū habebat sancte cōversationis virum: et in diuinis officijs p̄cipue in solennitate missarū indesinēter assiduū. Qui cū quotidie sacris mysterijs reuerenter infisteret: angelus dñi ex cōsuetudine veniebat et videte p̄i

doctor sub  
tilis i q̄rio

**Bredo. in  
pastorali.**

**Joban. xi.**

## Expositio

cipe sacramētū dñici corporis ex offerētis manib⁹ assūmebat: sed criminis humis vita lubrica et incerta cōditio: nā qui angelicis fruebat mudi obsequijs in sede luxurie voraginē repente plapsus est: quid plura peragendi sacri mysterij tēpus aduenit: p̄sbyter cōsuetudine foris ex gente compellit: sed grauiter intus cōscientia remordēto queat. **D**icitur accedit: trepidat: palpitat: tamē offerre p̄sumit. **L**ece angelus ut assuetus fuerat venit: et inspectante principe spongeā infectā aqua sup caput illius expressit: totūq; corpus illius tergendo purgauit. **E**xpletis autē mysterijs eandē spongeā rursus expressit: omnesq; fortes atq; squalores quas ex corpore illius ante cōtraxerat: membris eius omnibus iterū superfudit. **H**oc viso p̄nceps admiratus obstupuit: p̄sbyteriūq; semotis omnibus secrete couenit: inquisitus itaq; p̄sbyter si noī vi aliquid criminis admisisset. **P**rimo quidē quasi perhorreces facinus abnegat: deinde sibi male cōscius ac p̄nceps auctoritate cōpulsus tandem se corruisse nocte p̄terita in quandā ciudē principis cubiculariā confitit. **S**ed diceret quis: qđ si quis in testamēto aliquid per se fieri ordinauerit et illud per testamētarios aut heredes negligat. **R**espondetur si dum hoc fieri ordinat fuerit in charitate: tunc quo ad premiū essentialiē qđ est augmentū gratie in p̄senti et glorie in futuro: correspondens operi operati: id est bono motui anime ordinatis huiusmōdi suffragium in debitū finem: vt scz per hoc citius deo iungat: ad ipsum sine fine laudandū nō frustrat: siue suffragiū fiat siue nō: sed quo ad premiū accidētale similiter correspondens operi operanti qđ est pene alleuiatio: et detēctionis in purgatoriō abbreviatio frustrat: si ordinatū per ipsum Richar. in nō fiat: qz ad hunc effectū meriti est cōditionale si fiat. **I**deo nō existit. iiij. di. xlvi. re cōditione nō existit meritū. **S**imiliter quo ad opus operati nullum q. v. p̄ncipalium penitus effectū cōsequit si suffragiū negligat: quia negleco suffragio nullū est opus operati: ex nibilo autē nibil sit: et sic nō solū frustrat effectū liberationis a pena purgatoriō correspondēt suffragio ex opere operati: sed etiā frustrat effectū orationū ministrorū ecclesie: tam earū qz facturi erant ex p̄sona ecclesie: quā ex p̄sonali devotione. **S**imiliter et pauperū: qui nō recipiētes legatū nō tenent ad suffragiū spirituale in positū legato: nec grati possunt esse de beneficio qđ non receperunt. **E**t quo sequit̄ correspondere stulte et insipicere agere qui restituenda elemosynas: ordinationes: et testamēta que in vita ipsi exequi possunt: hereditib⁹ aut testamētarīs exequēda relinquit: pater triplex ratōe. **P**rima quia in vita exequētes merētur maiore gratiā et gloriā: plus enim merent̄ remissionē maioris pene: dando bona sua quādo sunt in danis potestate: qz ordinare ut tunc denē quādo retinere nō possunt: nam tunc sunt qz aliena. **U**nde Isido. Terrena omnia seruāda amittimus rū suā p. c. largiendo seruamus. **P**atrimoniuū retentum perit: erogatum manet, lxxij. **D**unc Eccl. xiiij. Ante mortē benefac amicō tuo: et fīm vires tuas expoz.

# Misse

riges da pauperi. Et sequit nō alij relinquas dolores et labores tuos  
 Et quis magis amicus q̄z anima tua: miserere aie tue placens deo;  
 Lccii.ij. Ut qui sibi nequā est: cui bonus. Tertia est: quia testamentoꝝ  
 executores heredes ⁊ amici raro fideles inueniunt: ⁊ sic qui potuit esse  
 certus: incertus erit an fiant. Tertius autē de p̄na grauiſſima in puri  
 gatorio donec ſatiſfaciat: frequēter em̄ transit defunctorū memoria cū  
 ſonitu: ⁊ per rārū eſt ut ordinationes eorū fiant quomō ipſi viuētes fie  
 ri voluerūt: aut em̄ omnino negligit: aut tardius implet̄t: quoniā plus  
 relicte aman̄t diuitie: quā defunctorū anime. Non em̄ audiunt voces  
 de penis clamantiū. Misericordia mei: misericordia mei: ſaltē vos amici  
 mei. Unde Hiero. de Subſtātia q̄z habeamus nullus fidelior dispensa  
 tor: quā nos ipſi: dum ergo licet ⁊ dum habemus ſollicitate tribuamus:  
 plus tamē valem morituro: ſi ordinat ſufragia ſibi impendenda: q̄z ſi  
 eadē eo non ordinare impederent: quia ſupra accidētale premiū confe  
 quīt essentialē: ut ſupra patuit. Hecūdo ſequit q̄z grauiter peccant ſu  
 fragia ſine rationali cauſa diſſerētes: quia ⁊ fidem nō ſeruāt ⁊ cōtra p̄  
 ximi charitatē agunt in acerbissimis penis relinquentes: quos liberare  
 potuiffent ⁊ deberēt. Unde ⁊ infidelibus et egentiū necatoribus cōpa  
 ran̄t in ca. xiiij. q. iiij. Qui oblationes: cū duobus ca. ſequētibus vide ibi  
 notabiliter fin̄ tria cōcilia. Hecto: vt rārū plus proſit ſtatuerē annuer  
 ſaria: vel certū cultum diuini: vel elemosynas ppetuas: q̄z ſi vna vice  
 eadem pecunia pro qua illud poſſet fieri ſtatim expendaſ in picis viſus  
 exēpli gratia viginti floreni ſtatim erogans pmissis et elemosynis: vel  
 pro eis rārum florenū anniū censu comparās ad idem certis tēporib⁹  
 onaleſ ſitū. Respondeſ quo ad premiū essentialē ſi vtrobiquā cetera ſunt pa  
 ria ut eadē charitas ⁊ idem conatus volūtatis: tunc idem eſt meriti et  
 per coſequēs nō diſpar premiū: ſed quo ad premiū accidētale qđ eſt li  
 berari a pena purgatoriū ceteris paribus videt plus pſicere ſtatim exhib  
 ita ſufragia: ſaltē ex hac parte absolute loquēdo. Quia tamē ex alia  
 parte perpetuū eſt aliquod opus maius: magisq; faciēs ad ampliatio  
 nem ⁊ conſeruationē diuini cultus pro pari pecunia comparatū: q̄z tē  
 porale ſtatim exhibitū: ideo ratione iſtius plus videtur prodeſſe. Nec  
 obſtat illud perpetuū eſſe futurū ratione cuius non viderur ſatisfacere  
 niſi exhibitū: quia nō eſt ſimpliſter futurū: ſed in ſua radice eſt pre  
 ſens ex quo fundatoꝝ ſtatim exponit eandem pecuniā obligans ad fu  
 tura ſufragia perpetue fienda: q̄z alias eſſet expositurus pro tempora  
 libus ⁊ actualibus ſufragijs. Ratione cuius et maxime propter cau  
 ſam dictam: p̄babile eſt illud acceptrari a deo ut p̄eſiū ad remiſſio  
 nem tante pene vel ampliioris: quantū ſolueret ſufragiū pro dicta ea  
 dem pecunia ſtatim exhibitū: ſicut ⁊ paſſio christi ut preuifa prius con  
 tulit gratiam patribus: q̄z exhiberet a christo: indignū enim videt ali  
 aliquem accipere iacturam ex eo: quod eſt pro amboſi honore dei: vi  
 litate proximi: unde ſi ut communiter ſolet fundatoꝝ expreſſe intendit  
 per hoc perpetuum principaliter: ampliationē et conſeruationē diuini

Diero. ſu  
per lucā.

# Expositio

cultus: et proximorū edificationē: magis q̄s prop: iū commodū: ut cele-  
riorē satisfactionē pro p̄p̄tis peccatis per suffragia statum exhibita: q̄  
hoc ex maiori charitate videtur pcedere: que nō qrit que sua sunt: ideo  
sine dubio plus pdest: nō solum ad remissionē amplioris pene rāte cha-  
ritati correspōdētis: sed etiā ad augmentū maioris premij essentialis  
**Quanto em opus est magis meritorū premij essentialis:** eo amplius  
est satisfactorū pro peccatis: q̄r charitas quāto maior fuerit tanto am-  
plius operit multitudinē peccatorū. **T**eptimo: vtrum suffragia facia  
pro defunctis prossint etiā viuis faciētibus ea. **R**espondeat ex quo operi  
meritorio debet duplex premij scz essentialē et accidētale: quo ad pre-  
mij essentialē solū valent viuis faciētibus: et quādoq; amplius q̄ si sie-  
rent solo respectu beatitudinis acquirende sibūp̄sis faciētibus: quia ma-  
iori charitate videt̄ accentus qui sc̄millas mittit ad altos: maxime ad  
inimicos q̄z qui sibi soli et sollicitus. **I**gnis em̄ int̄sū abscondi nō po-  
test: sed crumpit querēs et que aliorū sunt: sed et amor cōcupiscētē mi-  
nuit amorē amicis: et per cōsequētēs meritū: nec ob id est minus merito-  
rium p̄m̄ essentialis: quia per hoc intendit̄ etiā satisfaciētē pro peccatis  
alioquin nimis punirent̄ electi faciētēs hic dīgnos fructus penitētēs  
pter̄ hec priuaren̄ aliquo gradu glorie: sed portus oēs penitētēs pec-  
catis debite ad purgatorū essent differēde: et om̄ia operāda solo intru-  
tu adeptionis glorie: cū subtrac̄tio alicuius gradus glorie excedat lon-  
ge quācunq; p̄nā tempore: ale: sicut et pena damnati quācunq; pena san-  
sus: etiā eternā excedit in grauitate. **U**nde stulta et impia est hec parci-  
tas: qua quis subtrahit suffragia p̄ximis timore diminutionis premij  
pp̄p̄t̄ in beatitudine manētis. **Q**uo vero ad premij accidētale: quod in  
pp̄posito est remissio pene: opus meritorū vel satisfactorū potest vale-  
re duplēciter: scz directe et indirecte. **D**irecte valet illi pro quo acto: id  
per intentionē dirigit et opera: et nō actori: quia sic attendit̄ equalitas  
iusticie: fm̄ autē humana iusticia: qui pro altero soluit̄: tali solutiōne le-  
ipsum a debito: p̄p̄to nō liberat̄: nisi fore ille pro quo fieret nō indige-  
ret: vt beatus: vel iuuare nō posset: vt damnatus: quia siementū reuer-  
teret̄ ad faciētē: fm̄ illud. **P**ro. **O**ratio mea in finum meū cōverteat: et  
**A**uc. x. **H**i ibi nō fuerit filius pacis: pax vestra ad vos reuertet̄. Debet  
em̄ esse habitualis intentio faciētēs et sibi prospicit̄: si pro quibus facit̄ nō  
fuerint suffragij capaces. **I**ndirecte vero populū valet actori ad remis-  
sionem pene: quā nunc debet aut in futuro debebit. **Q**uia per hoc spe-  
cialiter meret̄: vt cum ipse ad eundem statum venerit: superst̄i suffra-  
gij iuuetur: fm̄ illud. **H**ecā misericordēs tē. **E**t iterū. **Q**ua mensura  
mensi fueritis remet̄ yobis. **U**nde nō improbabilitēt̄ hec vna causa  
putatur quare aliquorū testamēta tardā et imperfēcta habēt executo-  
nem: quia et ipsi dum viuerēt̄ in testamētis suorū predecessorū negligē-  
tes fuerūt. **J**udi: iū em̄ sine misericordia fieri qui nō facit misericordi-  
am. **I**aco. ii. **L**et quia anime defunctorū licet carcere ignis purgatorij  
teneant̄: tamē amici dei sunt magni apud deū: ideo beneficiorū ingratia

**Mattb. v**  
**et. vii.**

# Misse

esse nō possunt: sed liberati suis liberatorib<sup>9</sup> vicē suis o<sup>r</sup>onib<sup>9</sup> potenter  
 apud deū rependūt: immo fīm **E**co. etiā addit in penis existētes; vbi l<sup>i</sup>  
 sibi aliqd mererī nō possunt cū hīnt extra statū merēdi: possunt tñ merē-  
 rialib<sup>s</sup>; & per sequēs a fortiori qn̄ sunt liberati impetrādo suis benefa-  
 citoribus nō solū remissionē penē tpe necessitatis: sed etiā adhuc viuen-  
 tibus in p̄senti augmentū ḡre & p̄seuerantia in bono. Nā si possunt im-  
 petrare corporalia beneficia viuis: q̄to non magis sp̄ualia impetrabunt;  
**S**cribit aut̄ petrus damiani de brō **F**euérino coloniēn. ep̄o: q̄ satissa-  
 tionis detentus penis miraculis claruit in terris: sile refert brūs. **G**re-  
 gorius: de brō p̄ascasio romane ecclesie diacono ergo t̄c. Et pari rōne  
 possunt impetrare primā grām: rependūt em̄ qd magis est necessariū.  
**V**axime aut̄ peccatoris in cessaria est grā quā vel amisit vel nunq̄ ha-  
 buit. Etiā in casu quo fīm aliq̄ opus satissimū in peccato mortali  
 factū nihil, pfuisset defuncris: qz ipsi iam pfecti in charitate pensant nō  
 tam effectū q̄ affectū: quē nō desinunt repēdere. Ex quib<sup>9</sup> oībus patet  
 quāta diligētia suffragia sint defuncris impēdenda: qz siue co<sup>r</sup>z sint car-  
 pacies/ siue non: semper facientib<sup>9</sup> p̄sumit: & frequenter amplius q̄ p̄ seip̄is  
 sacra. Qd maxime verū est si ex pietate fiant: p̄tra eos q̄ suffragia mor-  
 tuorū in questiū donūt: quib<sup>9</sup> vehemēter timendū ne eis dicatur amen  
 amen receperūt mercedē suā. **C**irca fractionē huius mirabilis sacra-  
 menti & sequēter q̄ri pōt: quid ibi frangat? Rñdef obmissis opinionib<sup>9</sup>  
 co<sup>r</sup>z tanq̄ erroneous quo<sup>r</sup> aliq̄ putabat nihil frangi/ sed viderūt m̄ frāgi:  
 Alij esse quidā ibi fractionē: sed nō in aliquo subiecto qd frangat. Ter-  
 tū frangi corpus xp̄i: & tñ ip̄m manere integrū. Est quarta & vera opi.  
 fīm magistrū & cōst̄r̄ docto. q̄ sp̄es sacramētales ibi veraciter frangun-  
 tur. Et sic dicit ap̄l̄s: panis quē frāgimus: qz forma siue sp̄es panis frā-  
 girur & in partes diuidit: xp̄s vero integer manet totus in singulis post  
 fractionē: sicut ante abiq̄ sui mutatrōne. Nec audiendi sunt q̄ de parte  
 actuali & potētionali distinguunt: cum nullū habeat fundamētū: nisi  
 aliquāl similitudinē de speculo que nō sufficit ad p̄positū. Nō em̄ p̄ os-  
 sunt signi tot partes sensibiles in hostia cōiuncte: quin sub oīb<sup>9</sup> & sin-  
 gulū sit totus xp̄s. Tudem mō sicut nec dari possunt separe partes ho-  
 stia tracta. **H**ed tūc dubiū est an cōcedi debeat corp<sup>9</sup> xp̄i multoier. **A**lex. pte  
 esse in sacro vel hostia: rñdit Alexā. q̄ corpus xp̄i est semel in hostia & est iij. q. xl.  
 ibi pluries: fīm q̄ ibi cōtinēt a singulis partib<sup>9</sup> sub q̄t & quib<sup>9</sup> posset esse arti. v.  
 substātiā panis si essent diuise. Unū & sub minimis partibus est: nō fīm  
 p̄titatēt sed fīm speciem: cū minima q̄ntitas nō sit dabilis. Et hec ri-  
 sio videat clarior & melior q̄t sc̄tūs **T**ho. dicētis: corp<sup>9</sup> xp̄i pluries eē sub **T**ho. i. iij  
 partib<sup>9</sup> illis: nō actu/ sed potētia. **C**irca sumptuōnē tāti sacramēti q̄ri di. x. q. iij.  
 pōt: an cōcedi debeat corp<sup>9</sup> xp̄i māducari. Rñdef sumēdo corp<sup>9</sup> xp̄i ve- arti. iij.  
 re māducat: qz in os sumit & in stomachū traīcat: sed nō digerit nec cō-  
 vertit in substātiā sumēris: nec masticat: aut diuidit vt. s. patuit: q̄ oīa  
 nō sumi de rōne comestōis: multa em̄ māducant q̄ vel integra glutin-  
 tur: vel comesta statim & vomitū vel oliter reiciunt. **E**ccl̄o vtrū xp̄s  
**N**

# Expositio

in cena māducabit suum p̄priū corp⁹ ⁊ sanguinē bibit. **R**espōdef q̄ sic quia euāgelistē dicunt: q̄ iesus accepit panē ⁊ calicē: q̄ intelligendū est non solum manib⁹: sed etiā eo modo quō accipiendū alijs tradidit⁹ patet ex dictis sanctorū. **V**nde sanctus Hiero. de cōf. di. iiij. Nec mores dedit⁹ vobis panem verū: sed dñs noster iesus. **I**pse cuī apostolis conuiua ⁊ conuiuin: ipse comedens ⁊ qui comedit: ⁊ glo. **E**stq̄ super illud **A**euīs. viiiij. de sanguine arietis dicit. **P**rimo sacerdos deinde filij innn gebant: quia christus in cena prius sanguinē suum accepit: dein se scipulis suis dedit. **T**ē sicut christus prius baptizatus est⁹ daret alij exēplis baptizandi: sic prius accepit hui⁹ sacramēti cōmunionē vt alij daret exemplū cōmunicandi: vnde quidā rex sedet in cena cinctus curba duodenā: si tener in manib⁹: se cibar ipse cibus. **N**ec obstat: qđ co medens ⁊ comedēt realiter differūt: ⁊ qđ idem nō potest a seipso esse di appatu de uisum: quia hoc verū in comeditione corporali ⁊ naturali: vbi comedēt sum. tri. et diuidit ⁊ corrumpt⁹ a comedente. **N**ō autē in comeditione spirituali ⁊ sa cramētali: quia ibi comedēt nō diuidit nec corrumpt⁹. **C**et licet idem non posset esse diuisum a seipso quo ad intrinseca: scz naturā aut substaniā: tamē quo ad extrinseca: scz quo ad locū ⁊ huiusmodi idē bene potest esse diuisum a seipso inquātū idem potest esse in diuersis locis: ⁊ in uno loco habere aliquid: qđ in alio nō habet: sicut anima que licet sit in pede et corde: nō tamē dicēt habere intellectiōnē ⁊ volitionē in pede sed solū in corde: sed quō sumpli⁹ seipsum: an sacramētali sit tñ vel etiā spiritualiter. **R**espōdit Tho. de argen. q̄ vtrōq̄ modo. **N**am licet christus inquātū corp⁹ ebens: frueret seipso nude ⁊ line sacramētali velamine: tamē p̄tuit viator potuit seip̄m sumere sub sacramētali velamine. **N**ec spūalis māducatio humis sac̄i auger gratiā: nisi in his qui binōi augmēto gracie indigēt. **H**unt enī in spūali manducatiōē adinstar corporis delibera ratio: delectatio: vniū seu incorporatio: ⁊ gracie augmentatio. **Q**uo ad p̄mā duo māducauit corporis suū ⁊ sanguinē bibit: qđ plene deliberauit ⁊ cōsiderauit quicqd quale ⁊ quantū sumebat: ⁊ delectiōne in ea habuit eo ampliorē: quo amplius cognoscebat virtutē tanti mysterij ac melius disposit⁹ erat. **Q**uo Tho ad reliqua nō māducauit spūaliter qđ nō indiguit. **T**ertio: vtrū hereticus aut infidelis indignior sit ad māducādū hoc sacram magisq̄ peccat qđ fidelis peccator. **R**ñdeſ ſimpli loquendo hereticus aut infidelis indignior est magisq̄ peccat qđ fidelis peccator: enī peccati infidelitatis sit ceteris graui: qđ tñ nō credit sacram esse rōte dignitatis quātē est: iāco nō tñ peccat in abusu qđtū peccator: alijs: qđ ignorātia infidelitatis excusat saltē a rōto ersi nō a rōto: fī illud **V**oli miscdiām p̄secut⁹ sum qđ ignorās feci. **E**t sic licet infidelis indigne māducāt: tñ fidelis peccator magis idigne magisq̄ peccat: rōne istius qđ nulla ignorātia eū excusare p̄t. **Q**uarto: vtrū peccator vere sumat corp⁹ ⁊ sanguinē xp̄i. **R**ñdeſ quo ad veritatē ſūptōis ſac̄alis ſic vere ſumit qđtū malus aut magn⁹ peccator: qđ qui vere ſumit p̄tineſ: vere ſumit p̄tinentū: fī qđ ſtinet ſub illo ſtincte: ſed ſub ſpecieby ſac̄i qđ p̄tō ſu

bec metra  
babētur in  
appatu de  
sum. tri. et  
fi. catho. c.  
firmiter.

Tho: 8 ar  
gen. di. xij.  
qđ. q̄. q̄.  
arti. iiiij.

# Misse

mit vere p̄tineſ corp⁹ ⁊ ſanguis xp̄i: q̄zdiu manent ſp̄es ſue acc̄ntia illa  
 i ſua p̄pria natura ſic ⁊ i naturalib⁹ forma trāducta nō definit eē i ſub-  
 iecto: donec ſubiecti ad formā alia trāmutur ergo r̄c. Et hoc cōtra eos  
 q̄ dixerūt corpus x̄i fm̄ ſim̄ rei veritatē a peccatorib⁹ nō ſum̄: ſed q̄z cito la-  
 bijs perō p̄tageret ſacramētū: definiſeret ibi eſte corpus xp̄i: in tantū di-  
 gitati ſacramēti deferētes q̄ dero gabant veritati. Nec ob. qd̄ arguit:  
 nullus ſapiēs p̄mitit ſe in luti p̄jci ſine magna vilitate: maxime ſi hu-  
 iuſmodi pietationē poterit p̄hibere: ſed xp̄s eſt ſapiētissimus ⁊ potētissi-  
 muſ: peccator⁹ ſo vilior om̄i luto: ergo r̄c. q̄z hoc verū eſt: qn̄ lutū attin-  
 geret aliquo mō ſapiētē illū: ⁊ ex hm̄oi pietationē honori ſuo aliquid de-  
 rogarēt: qd̄ nō eſt in p̄poſito: q̄z nec corporalis nec ſp̄ualis immūdicia pec-  
 caroris attingit corpus xp̄i. Et ex hoc q̄ hm̄oi peccatorē ſuſtinet: eius  
 clemētia ⁊ mansuetudo magnificē cōmendaſ. Et pari rōne p̄t eriā eſſe  
 in ore vel ventre muris: aut alijs locis immūdī ſq̄diu manent ſp̄es pa-  
 niſ: fm̄ Iheran. Tho. Rich. ſed tñ Bonauē. in h̄ caſu ultimum pie credit  
 corpus xp̄i nō manere: quia tñc nō ordinat⁹ ad vſum māduationis hu-  
 mane: ad quē ſacramētuſ hoc eſt iſtitutuſ: ſed ad hoc respōdit beatus  
 Tho. ſacramētuſ poſſe extrabi de ventre aſalis vel aliunde: ⁊ ſic venire  
 in vſum hoīs. Non em̄ oportet ordinat⁹ ad vſum aliquē vt definiat: qn̄  
 quis eo vti non p̄t: ſed ſufficit ordinabile in illū vſum eſſe. Quo ſo ad  
 veritatē ſumptionis ſp̄ualis: nullus p̄t̄ mortalis vere ſumit corpus  
 xp̄i: quia nō manet in xp̄o nec xp̄s in eo: qd̄ fm̄ br̄m Au. g. eſt xp̄m ſp̄ualis  
 ter māducare: fm̄ illud Joh. vi. Qui manducat meā carnē: ⁊ bibt meo  
 um ſanguinē: in me manet ⁊ ego in eo: Preterea nullus morruuſ p̄t  
 cibum vitaliter ſumere: ſed peccator ſp̄ualiter mortuuſ: ergo r̄c.  
 quia ſp̄ualiter māducare eſt vitaliter ſumere Joh. vi. Sp̄us eſt qui viuifi-  
 cat: Caro nō prodeſt quicq̄z. Quinto: utrū debeat laicis dari: ⁊ ipſi te-  
 neant ex p̄cepto hoc ſacramētuſ ſumere ſub vtraq̄z ſpecie: Respondet  
 h̄ bec q̄ſtio poterat olim eſſe dubia: tñ mō poſt determinationē concilij  
 cōſtantij. dicere cōdonē ſub vtraq̄z ſpecie de neceſſitate ſalutis debere  
 dare laicis aut om̄i fideliſ: ⁊ ipſi teneant ſub vtraq̄z ſpecie ſumere: eſt he-  
 reſis ibidē publice p̄dēnata: ido ad ei⁹ p̄bationē ml̄tu ſirivideſ ſupfluū  
 cuſ om̄i humana. p̄batione maior ſit auct̄as eccl̄ie: in cui⁹ fidei obſequiū  
 tenemur intellectū noſtri captiuare. Utrū ad intellectū hui⁹ veritatē ſi-  
 curit ⁊ ceteroz creditoz nō inutile videſ: ſi q̄ declarant. Pro q̄ ſciendū  
 qd̄ circa h̄ venerabile ſacramētuſ eſſe de p̄cepto iuriſ diuini: vt forma  
 ſecratōis a xp̄o p̄ſcripta: materia certa ab eo determinata: et minister  
 idone⁹ vt ſacerdos ordinat⁹: in quib⁹ eccl̄ia nibil h̄ imutare: nec aliud  
 ſuſtudo p̄t inducere. Quedā vero ſunt ex p̄cepto iuriſ humani ⁊ po-  
 ſtrui: vt q̄ ad tēpū in azymo cōſecrauit: deinde cauſa emergente in fer-  
 mentato: demū iterū in azymo: ⁊ q̄ celebref in eccl̄ia uestib⁹ et vafis ſa-  
 cris eū e: teris ceremonijs ⁊ orationib⁹ q̄. p̄ ſacramēti reverētia dñs ſu-  
 is diſcipulis ⁊ eoz ſuccesſorib⁹ ordinanda reliquit: vt patet. j. Cor. xi.  
 et hec ex cauſis rōnib⁹ p̄ tēpōz cōſtātariū diuerſitate poſſet eccl̄ie

N q

# Expositio

mutare in toto vel in parte; et mutata sub sicepto tradere: ita ut tuncho  
mo peccaret faciendo illud in quo nunc meret. **C**uiusmodi etiam constat  
esse communio sub una vel utraque specie. Nam si a Christo esset preceptum gene-  
raliter omnibus si de libis comunicare sub utraque specie indispensabiliter  
hoc preceptum: vel colligeretur ex institutione huius sacramenti: vel ex eius  
dispensatione: aut ex manifesto precepit. **S**ed nullum horum potest dici ergo  
zc. **N**on primum vel secundum: quod licet Christus sub utraque specie instituit et dispensavit  
hunc sacramentum discipulis quos in sacerdotes ordinavit: tamem et  
hoc factio Christi non obligamus de necessitate salutis tanquam ex sicepto ad similitudinem  
faciendo: factum enim Christianum facit preceptum: sicut et de multis alijs  
patet ut de miraculis: de operibus supererogationis: quod in altissima pau-  
pertate et virginale castitate vixit: et quadraginta diebus ab omni cibo  
corporali abstinuit. **P**ascha cum discipulis mandauit: et post cenam di-  
scipulos comunicauit. **V**nde beatus Augustinus in ea. liquido de cose dicit.  
dicit. **N**eque quod dominus post cibos discipulis dedit: idcirco pransus aurum etenim  
fideles ad illud sacramentum principandi debent conuenire. **E**t postmodum  
cum: nam si ille hoc monuissest ut post cibos acciperet: credo quod illum  
rem nemo immutasset: ideo quod non precepit quo deinceps ordine sumeret: et  
apostoli per quos dispositurus erat ecclesiastis servaret hunc locum: in eum  
proposito. **V**nde ne discipuli: sacerdotes: et eorum successores presbyteri et  
factio Christi: sed mandato ecclesie ad sumendum sub utraque specie sunt ob-  
ligati: iuxta ea. coperimus de cose. dicitur. **E**t hoc ut eo expressius et distin-  
ctius memoriam agant passionis domini: cuius ipsi ministri specialiter sunt  
in ecclesia deputati: ratione cuius et vestibus signis ac ceteris utruncunque  
monstra: que non pertinent ad laicos: sacramentum de sacerdoti manibus  
sumentes: nec etiam tertium adduci potest secundum manifestum de hoc sicep-  
tum: quia tale preceptum non legitur dominus dedisse: neque ante institutionem aurum etenim  
cena: aut post cenam: neque per se: neque per apostolos. **V**nde nec legitur apostolus hu-  
iusmodi communionem sub duplice specie quo ad laicos practicasse. Nam  
**A**ctus. 20. dicit de conuersis ad fidem: quod erant perseverantes in doctrina apo-  
stolorum et communicatione fractionis panis: id est eucharistie: ubi nulla  
put magis fit mentio de sumptione calicis. **T**eruitatem apostoli Pauli narrat corin-  
thios qualiter sub duplice specie Christus hoc sacramentum instituit dicens: ego  
eccl. bistro enim acceperit zc. et hunc ritus eis solitus permisit: tanquam in nullo euangelio con-  
trariu[m]: exhortans ut quotienscumque hoc faceretur: in memoriam domini passionis  
ex exemplo Christi faceretur: non tam ex toto illo sacerdotio elici potest: quod de  
hac sumptione sub utraque specie dominus omnibus preceptum dederit. **N**eque ipsemet apostolus Paulus sive per tanquam necessarii ad salutem: alioquin ex-  
pressius hoc scripsisset tam corinthios quam alijs fidelibus: quibus suas  
transmisit epistles et maxime romanos qui caput mundi erant: sed ut dicitur et  
ex facto Christi permisit sicut et modo hunc ritum communicandi greci serua-  
re permitteant aut permisisti sunt. **E**t ita etiam dato: quod ceteri apostolique fide-  
les in primaria ecclesia comunicauerint sub utraque specie: quod tamem non  
legitur universaliter servatum per totam ecclesiam: sed solum particulariter

# Misse

ter in aliquibus ecclesijs: tamē hoc factū nō obligaret om̄es fideles ad imitandum: sicut nec illud qđ in primitiva ecclēsia oēs fideles vixerūt cōmuniter nō habētes propria: sed omnia cōmunia: vt supra **Ier.** iiiij. **Hie** ⁊ in primitiva ecclēsia sacerdotes ⁊ leuite vtraqz specie vrebant: vt supra. **J. Timoth.** iiij. In quo tamē sacerdotes nostris tēporibus nō imitātur: sed nec licite possunt. **Dic** ⁊ in pposito ecclēsia hunc ritum cōmunicādi sub vtraqz specie immutare potuit: imo et debuit: ex rationalib⁹ causis: quas assignat doctores Alexander de ales sanc⁹ **Tho.** sanc⁹ **Bonauen.** Ut post eos **Joh.** **Herlon.** Prima vt euīte periculū effusio nis sanguinis christi: qđ facile cōtingere posset: fūserit in tanta multitudine cōmunicantiū: qui in primitiva ecclēsia nō fuit: vbi sepe cōueniunt tremuli: barbati: infirmi: paruuli aut alias inepti sic autē irreuerēter ⁊ negligēter tractare sanguinē christi qđ grande sit peccatum: patet ex gravi penitētia qua sacerdoti precipit in hoc casu penitere quadraginta diebus: scz ieiunando ⁊ a celebratione abstinentia: vt dicit glo. de conse. **dis.** iiij. Si per negligentiam. Item ppter periculū in conseruatiōe spei eius vini pro infirmis: pro q̄bus semper parata haberi debet eucharistia de cōlē. **dis.** iiij. **Hed** presbyter. Et sic congelarent in hyeme: in estate vero vtererent in bykiones ⁊ muscas: aut in acetū: vel alias corrumperent: ita vt sub eis desineret esse sacramentū ⁊ daretur occasio idolatrā di infirmis sumētibus p̄o sacramēto: qđ non esset sacramentū. Tē ppter periculū indeferēdo maxime ad remotiora loca in equis vel alium de quātūcunq; vas esset bene obstructū. **Hecūda** ppter errorū ⁊ heresum extirpationē: poterat em̄ cōmuni populus ex huiusmodi admīnistratione credere minus esse sub vna specie qđ sub duabus: fm̄ berēsim Nestorij qui dicebat sub specie panis tm̄ esse corpus christi sine sanguine: ⁊ sub specie vni sanguinē sine corpore: poterat etiam credere cōmunionē sub vtraqz specie necessariā esse oībus ad salutē fm̄ heresim pelagij: qui occasione verborū. **Joh.** vi. **Nisi** manduaueritis carnē filij hominis: ⁊ biberitis eius sanguinē nō habebitis vitā in vobis: etiā paruulis statim post baptismū sacramētū sub vtraqz specie ministravit. Et eadē occasione quidā multo amplius oberrātes: etiā defunctis corporis ⁊ sanguinē christi ministrabāt vt refert **Beda** i quādā homel. sup **Matth.** Quos vel in parte imitans bohemi heretici moderni cū tamē illud **Joh.** vi. **Nisi** manduaueritis ⁊ nō habebitis faciat p̄o eis. Nā in toto illo caplo dñs loquīs de māducatiōe et bibitione spirituali que nō distinguiunt: qz qui manducat spiritualiter: bibit spiritū aliter: ⁊ ecō uero. Nō carnali neq; sacramētali. Hic ut carnaliter verba christi inteligentes abierūt retrosum. vnde xp̄s verba sua discipulis manētibus exponēs dixit. **Spiritus** est qui vivificat: caro nō pdest quicqz: scz sine spiritu verba que ego locutus sum vobis: spiritus ⁊ vita sunt: id est spiritualiter intelligēda: vnde sacramētalis cōmunionē nō est simpliciter et semp necessaria: sed spūalis quō modo etiā cōmunicant paruuli baptizati: eo qđ p̄ baptismū participes efficiunt corporis ⁊ sanguinis christi.

Alexā. pte  
iiij. q. liij.  
**Herlon** in  
tracta.ous  
de hac na-  
tura.

**Ex decre-**  
**to p̄i pape**

# Expositio

Tertio causa ut figuris respōderet figurati: nā in ye. te. in omni sacrificio erat libamē: de quo nihil habebāt offerētes sed tñ de sacrificiō plibamē aut significat sanguis xp̄i: per sacrificiū ḥo corp⁹ eius. Et q̄bus oībus patet q̄z rōnat iliter potuit et debuit eccl̄ia dene gare cōmunionē sub vtraqz specie cōmuni ppl̄o: maxime cū per hoc nullus pfect⁹ tollat a fidelib⁹. Tadē em̄ virtus et efficacia puenit ex sumptione sub vna specie que ex sumptiōe sub vtraqz: qr virtus hui⁹ sacramēti nō dependeret a specie illis visibilib⁹: sed a rebus cōtentis q̄ta sunt sub qlibet specie seorsum: sicut sub ambabus simul. Qd autē Alex. de ales vbi sup̄ dic̄it sumptionē sub duab⁹ speciebus esse maioris meriti: tum rōne augmentationis deuotiois: tum rōne fidei dilatatiois actualis: tum rōne sumptiōis cōplerioris: vide loqui de sumptiōe celeb̄at̄is cōparata ad sumptionē singularis psone de manu sacerdot⁹ sub vna specie sumēt illa quippe est maioris meriti: qr ibi maior deuotio ppter oīones ract⁹ plures ad hoc ordinatos: ibi fides actualiter dilatait̄: per vestes sacras crucis et ceremonias: q̄ ad multa p̄siderāda et credenda excitant: ibi est cōplerio maior nō rōne p̄tentia sed rōne representatiois: tam passiois dñi: q̄z pfecte refectionis future in cibo et potu signate: vñ et recitat faciū bene memorādū dicēs: q̄busdā religiosis petetib⁹ et instatib⁹ vt subvtra q̄z specie sumerēt sac̄m. P̄cerdote quodā pie cātāre: cū faceret hostie fractionē: p̄cauū patene totū vīsū est repleri sanguine: ad qđ obstupuerūt ipse et circūstātes: sed cū p̄tingeret p̄es hostie totū vīsū est reintaret: et sic petitioni et temptationi illorū fuit penit⁹ satisfactū: hec Alex. Qn neq̄ vīsus ille sub vna specie nouis esse p̄stat sed adeo antiquus: vt iōpū initū neq̄ sit in memorīs hoīm: neq̄ in scriptis doctoři: neq̄ in annalib⁹ scribentū rep̄eriaſ. Et quo cōiter pater q̄z incōsulte stulte: et perculose aberrāt schismatici illi atq̄ heretici bohemi sub vtraqz specie in differēter cōicantes: et taliter cōicandū tanq̄z necessariū ad salutē prima citer sibi arrogātes: p̄tra rōnē: p̄suetudinē: et autoritatē romane ecclie p̄traqz cōciliorū ynuersaliū determinatiōes. Et q̄z absurdū est dicere: in deterius serpētes etiā vt fer̄ parvulos et infantes taliter cōicantes: qui tñ discretiōis et actualis deuotiois necessarie: ad dignā hui⁹ venerabilis sac̄i p̄ceptionē nō possunt esse capaces: fm̄ ap̄licū p̄ceptū: p̄bet autē scīp̄m homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Et q̄z diabolica illusione et p̄tinaci p̄pria sua volūtate ad tantā stulticiā ac insaniā deyenerūt: necessario habēt ampli⁹ insanire et dicere: q̄ perierunt oīos et p̄cēt aliter sentiētes: faciētes aut docētes. Qdē q̄z generaliter tā clericis q̄z doctores et plati qui nō posseten⁹ opposuerūt se tali p̄suetudini: verbis scriptis aut sentētib⁹: et q̄z sacrā scripturā oīes illi quererūt. Je q̄z romana ecclia nō rite sentit de sacris: nec in hoc sit imitāda. Et q̄z generalia cōfilia specialiter cōstantiē: et basiliē. errauerūt in fide et bonis moribus: ac p̄ hoc xp̄is ecclesiā suam quā p̄prio sanguine redemēr̄t sibi in sponsam p̄dilectam copulauit reliquias: permitedo eam tam pericu lōse errare per tanta tēporū et annoꝝ spacia. Que om̄ia q̄z absurdā sint

# Misse

impia et nefaria cogitare nemo rationis compos non intelligit. Ut ico  
circo miserandi sunt et orationibus apud misericordissimum dominum adiu-  
vandi: quatenus eorum corda illuminare dignetur: ut tam periculatum  
ac damnabilem errorum animarum suarum cognoscatur et ab eo resipiscant: ma-  
xime cum sint in finibus nostris: in medio quoque fidelium constituti: et  
tam apertum veritatis lumen non videant: in tam clara die: sed tanquam ceci-  
palant in meridie. **P**ropterea. Quot sint fructus huius viuifici et incendi  
probabilis sacramenti in his qui digne ipsum sumunt. Respondeat licet  
diversi diversimode diversorum ordine respectu diversorum laborauerunt  
fructus tanti sacramenti colligere: ita ut quocumque communiter assignentur duo  
decimam binum decimam fructus ligni vite. **A**pocal. vlti. tamen hos quidam  
reducerunt ad senarium numerum: binum sextuplicem eius denominationem.  
**Q**uidam etiam ad quaternarium et ternarium. Alij vero plures vel pauciori-  
res binum effectus cibi et potus corporales assignabiles: et hos pronunt se  
qui placet: quia **J**ob. vi dicit. Caro mea vere est cibus. **O**mnes ergo ex  
fectum quem facit cibus et potus quo ad vitam corporalem facit hoc sacra-  
mentum quo ad vitam spiritualē. **L**ibus autem corporalis: primo reficit  
corpus per oes sensus: secundum restaurat deperditum: tertio nutrit: quar-  
to nutrit se cibato et in ipsum conuertit: quinto augmentat: sexto robo-  
rat: sic cibus ille sacramentalis et spiritualis. **P**rimo animam reficit: quia  
confert gratiam cum virtute charitatis per quam intellectus illuminatur: et  
affactus inflamat: et memoria spirituali dulcedine delectat: et per conse-  
quenter tota anima reficitur. **P**rimus patet ex figura. i. **R**eg. xiiij. ubi dicitur  
**J**onathas. vi istis quia illuminati sunt oculi mei eo quod gustauerim  
paululum de melle: per quod significatur dulcedo eucharistie. **U**nde **D**s. ait  
**I**ccedit ad eum et illuminamini. **S**ecundum patet quod hic panis est diui-  
nitati coniunctus: sicut carbo igni vinitus qui solet inflamare: cum de-  
us ignis sit qui non est extinguit. In cuius figura angelus tulit calculum  
de altari: et tenet os **E**saie: per quod fuit divina charitate inflamma-  
tus. **A**sa. vi. sic corpus christi de altari sumptum: quia ignis charita-  
tis continet et confert **D**s. **I**gnis a facie eius exarsit: cum quia memori-  
am sue passionis excitat: vel significacione vel charitate collata que non  
est ociosa: et sic tanquam per beneficium maximum nobis exhibitus inflamat  
affectionem: binum illud **D**s. cx. **M**emoria fecit mirabilem suorum misericordias  
et miserationem: dominus rescam dedit timentibus te: et i. **C**orinth. xi. **Q**uo-  
tiens scilicet enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem  
domini annuntiabitis donec veniat. **T**ertius patet. **A**nti. q. sub umbra illius  
que desiderabam sedi: et fructus eius dulcis gutturi meo: id est memo-  
riam bunc fructum ruminati: in cuius figura manna habuit in se omne dele-  
ctamentum et omnis saporis suavitatem. **G**ap. xvi. **Q**ualecumque enim sa-  
porem ciborum volebant per actualem memoriam cogitatum: eis sapie-  
bat. Et sic finaliter totam animam reficit dicente domino. **M**atth. xii.  
**V**enite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et reficiam vos.  
**E**cclio restaurat deperditum: sicut enim vita corporalis consistit in calido

# Expositio

et humido: de quibus quotidie aliquid deperditur et per cibum restatur. Ita vita spiritualis anime suo modo consistit in calido charitatis et humido devotionis: de quibus quotidie aliquid perditur per peccata venialia: sed per hunc cibum restaurat fīm plus vel minus pur feruor charitatis et actus devotionis maior vel minor: fuerit excitatus. Et sic delet venialia non semper oīa: maxime actualia: que etiā quādoꝝ aliquę effectū huius sacramenti impediūt: ut refectionē actualis dulcedinis: quādo quis mēte distractus accedit: posset tamē esse tantus feruor charitatis ut oīa venialia plenaria et p̄terita deleret: Iz homo sine venialib⁹ diu stare non possit: ut supra i. Job. iiij. Si dixerimus tē: non autē delet mortalia nisi oblitera: quoꝝ homo non potest habere memoriam post adhibitam diligentiam debitam: sed magis ea auger: ex quo cū mortali indigne sumitur: unde fīm Petri in. iiiij. dist. ix. Si quis est negligens in dieu tiendo peccat mortaliter sumendo: si est in mortali q̄uis ignorans. Qd limitat Rich. ibidem quādo adhibita debita diligentia fīm humana fragilitatem recordatus fuisset. Sed dices dat vitam mundo cōtra mortem spiritualē et viderit: fīm illud Job. vi. panis quē ego dabo caro mea est pro mundi vita: Respondeſ q̄ vita spiritualis in hoc modo habet tres gradus generales: primus est penitentia: secundus proficiens: tertius perfectiorū. Primum gradū istud sacramentū non dat: sed presupponit: ex quo est cibus vivi spiritus: qui inutiliter mortuo ministratur led quo ad scdm et tertium gradū istud sacramentū dat vitā mundo: id est hominibus existentibus in mundo: quia vitā primā p̄ sacramentū penitentie inchoatā pficit: faciēs de penitente pficiente: et de pficiente pficit. At sic aie cum deo pficit unionē que est vita aie per penitentia primum inchoaram. Tertio nutrit vitā spirituāle Job. vi. Ego sum panis vite: Hlo. qui pasto: donec iungā pastos vite. Nō hic contentus principiū est a quo sicut omnis vita nostra gracie et glorie. Unde beatus Aug. Johan.

Tbo. 6. or.  
vi. xij.

Aug. sup  
Johan.

Lum cib⁹ et potu illud appetant homines: ut non esurient neq̄ sient. Hoc veraciter non prestat nisi iste cibus et potus qui eos a quid summe immortales et incorruptibles facit. Quarto vnit se cibato: non q̄ in ipsum conuertat: sicut cibus carnis corruptif et in corpus conuertit: eo q̄ corruptibilis est: et a corpore corruptibili accipit cibandi potestatem: et per cōsequens vtr̄q; cibus et corpus tandem ad putredinem rediguntur. Non sic cibus iste: quia viuus est et incorruptibilis: de celo descendens ideo econuerso cibatu vincit celesti virtute: et in seipm conuertit et trāformat: ita ut cibatus fiat celestis incorruptibilis: et tāq; deiformis viuens in eternū dicēte dñō: Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet / et ego in eo: scz in eternū. Job. vi. Quino auget virtutes faciens ex imperfecto perfectum: sicut cibus corpus augmentat: faciēs ex parvulo virū magnū. Job. vi. panis quē ego dabo caro mea est pro mundi vita: scz augenda in virtutibus et conservanda. et Job. xv. Qui manet in me / et ego in eo: hic fert fructum multum: Ps. Multiplicabitis in anima mea virtutē. Et quia ex incremento virtutū

# Misse

vita sumunt decremetū. Et iō dicit etiā minuere somitē: siue extingue re in ordinariā concupiscentiā. In cuius figura. ij. Machab. j. flamma ascensa in lapidibus perfusis aqua residua a lumine quod refusit ab altari consumpta est. Sepe em̄ flamma concupiscentie que accenditur in lapidibus: id est hoībus duris: perfusis aqua residua: id est reponali um superfluentia: extinguitur a lumine gratie: quod resulget ab altari id est sacramento eucharistie. Unde Bern. Si quis vestrum non tā se-  
pe mō: nec tā acerbos sentit motus iracundie/luxurie/inuidie/ aut cete-  
rorum huiusmodi gratias agat co:pori t sanguini domini: quoniā vir-  
tus operatur in eo sacramenti. ¶ Extra roborat in vita spirituali con-  
tra aduersa t diabolica réptameta. Et sic a peccatis p̄seruat. Ps. Da-  
nis cor̄ hominis confirmat. Unde t viaticiū dicitur: quia viuū et sanū:  
per viā presentis miserie perducit ad patriā glorie. In cuius figura he-  
lios in fortitudine cibi illius ambulauit vlḡ ad montē dei ozeb: interp-  
tatum mensa vbi deo cōiuncrus est: ad significandum quod perducat  
ad mensa dei: t cōiuas patrie vbi satiabimur cū apparuerit gl̄ia ei⁹.  
Unde Job. vi. Non sicut manducauerunt patres vestri māna in deser-  
to t mortui sunt: quia vīta spiritualē t fortitudinē non conferebat: nisi  
solū in figura: ppter q̄ in réparationibus plures defecerūt t mortui sunt  
spiritualiter: t pro maiori parte co:poraliter terrā promissionis non in-  
tgressi: nec aliquis sp̄uāliser: quia oēs boni ad lymbū patrū desce-  
dunt. Qui vero manducat hunc panē viuet in eternū: vnde cū xp̄bera  
hoc sacramentū sub noīe pascue t aque refectionis exp̄ressissit. Subo-  
dit ps. xxv. Deduxit me super semitas iusticie ppter nomen suū. Nam t  
si ambulauero in medio umbrie mortis non timebo mala/ quoniam tu  
meū es. Et tñ de fructibus eius p̄t eucharistia est cibis aīe siue sa-  
cramentū: t̄ Bernon ponat adhuc alios effectus cibi t potus. Ita vt **Io. Bersō**  
duodenariū perficiat: sed hi omēs in dictis cōprehendi possunt. De fru sup illud  
cibus vero eius p̄t est sacrificiū patet aliqualiter. S. de suffragijs. Nā m̄gt. Eu-  
re sic prodest oīibus bonis t malis: tam ad expiationē culpe q̄z penes: in-  
q̄tum imperat gratiā contritionis t satisfacit pro peccatis plus vt mi pleuit bo-  
nus fm dispositionē eozū pro quibus offertur: in quibus non preexigit  
